Biblioteka Jagiellońska.

513

N°513

folia continens 158

compactura renovata m. Julio 1904.

[illegible]

Voluntatem esse boni dicentibus non esse voluntabile quod vult qui non recte vult. Si enim erit volitum

et bonum erit. Erat autem si sic contingit malum. Hiis autem qui apparens bonum voluntabile dicentibus non esse

natura voluntabile sed unicuique videtur. Aliud autem alii videtur, et si sic contingit contraria. Si utique

hec non placent, ergo dicendum simpliciter quidem et secundum veritatem voluntabile esse bonum, unicuique autem quod

videtur. Studioso quidem quod secundum veritatem esse, pravo autem quod contingit. Quemadmodum et in corporibus bene

dispositis quidem sana sunt que secundum veritatem talia existentia, infirmis autem altera. Similiter autem et amara et

dulcia et calida et gravia et singula talium. Studiosus enim singula iudicat recte et in singulis

verum apparet. Secundum unumquemque enim habitum propria sunt et bona et delectabilia, et differt plurimum forsitan

studiosus quod verum in singulis videt quemadmodum regula et mensura horum existens. Multis autem

deceptio propter delectationem videtur fieri; non enim existens bonum videtur. Eligunt igitur delectabile ut bonum,

tristitiam autem ut malum fugiunt. Etc. Tractatus 3us 3ii libri ethicorum

Existente utique voluntabili quidem fine, consiliabilibus autem et eligibilibus eorum que ad finem, que circa hec

operationes secundum electionem erunt utique et voluntarie. Virtutum autem operationes circa

hec. In nobis autem et virtus, similiter autem et malitia. In quibus enim in nobis operari et non operari, et in hiis non et

Quare si operari bonum existens in nobis, et non operari in nobis erit malum existens. Et si non operari bonum

existens in nobis, et operari malum existens in nobis. Si autem in nobis bona operari et mala, similiter autem et non

operari. Hoc autem erat bonos et malos esse; in nobis utique erit studiosos et pravos. Dicere autem quoniam nullus volens malus

neque nolens beatus, assimilatur hec quidem mendacio, hoc autem vero. Beatus quidem enim

nullus nolens, malitia autem voluntarium. Vel hiis que nunc dictis dubitandum, et hominem non esse principium neque esse

generatorem operationum quemadmodum et natorum. Si autem hec videntur et non habemus in alia principia

reducere preter ea que in nobis, quorum et principia in nobis et ipsa in nobis et voluntaria. Hiis autem videntur

testificari et privatim ab unoquoque et ab ipsis legislatoribus. Puniunt enim et tristant operantes mala

quicumque non vi aut propter ignorantiam cuius non ipsi cause. Bona autem operantes honorant, velut hos quidem pro-

trahentes, hos autem prohibentes. Quamvis ea que neque in nobis sunt neque voluntaria nullus provocat operari,

ut quia nihil ante opus suadere calefieri vel dolere vel esurire vel aliud quodcumque talium.

Nihil enim minus patiemur ipsa. Et enim in ipso ignorare puniunt si causa videatur esse ignorantie,

puta ebriis duplices increpationes. Principium enim in ipso. Dominus enim eius non inebriari; hoc autem causa ignorantie.

Et ignorantes aliquid eorum que in legibus que oportet scire et non difficilia puniunt. Similiter autem et

in aliis quecumque propter negligentiam ignorare videntur, ut in ipsis existente non ignorare; dominum enim

esse diligentes esse. Sed forsan talis est ut non diligens sit, sed ipsi cause huius, etc.

Studiosus enim singula ... [illegible]

Existente utique ... [illegible]

Si autem in nobis ... [illegible]

Dicere autem ... [illegible]

Vel hiis que nunc dictis ... [illegible]

Si autem hec videntur ... [illegible]

Hiis autem ... [illegible]

Et enim in ipso ... [illegible]

Sed forsan talis ... [illegible]

CCVIII
d

[illegible]

[illegible]

sunt et quorum habitus stabiles sunt quorum habent operationem et ipsas et quorum in nobis et voluntarie sunt
ut utique sanari propter pricipiet. Non similiter autem operationes voluntarie sunt et habitus. Operationum quidem
a principio usque ad finem domini sumus. Habituum autem principii, per singula autem
autem additio non est manifesta, quemadmodum in egritudinibus. Sed quia in nobis erat sic vel non sic uti, pro-
pter hoc voluntarii. Resumentes autem utique de unaquaque dicemus que sunt et circa qualia et qualiter. Simul autem
erit manifestum et quot sunt. Et primum de fortitudine.

Liber quartus 2m magistros

Quod quidem igitur medietas est circa timores et audacias iam et prius dictum est. Timemus
autem manifeste terribilia, hec autem sunt ut simpliciter dicere mala. Propter quod et timorem diffiniunt ex-
pectationem mali. Timemus quidem igitur omnia mala, puta ingloriam, inopiam, egritudinem, inimiciciam, mortem. Sed
non circa omnia videtur fortis esse. Quedam enim et oportet timere et bonum, quod autem non malum, puta ingloriam.
Qui quidem enim timet, decens et verecundus; qui autem non timet, inverecundus. Dicitur autem a quibusdam
secundum metaphoram fortis; habet enim quid simile forti. Impavidus enim quis et fortis. Inopiam autem forte non
oportet timere neque egritudinem neque universaliter quecumque non a malitia neque propter ipsum. Sed neque qui circa hec impavidus for-
tis. Dicimus autem et hunc secundum similitudinem. Quidam enim in bellicis periculis timidi existentes liberales sunt
et ad pecuniarum emissionem bene audacter habent. Neque utique si quis iniuriam circa pueros vel uxores
timet vel invidiam vel aliquid talium, timidus est; neque si audet flagellandus, fortis. Circa qualia
igitur terribilia fortis? Vel circa maxima? Nullus enim magis sustinet pericula. Terribilissimum autem mors;
finis enim, et nichil adhuc mortuo videtur neque bonum neque malum esse. Videbitur autem utique neque circa
eam mortem que in omni fortis esse, puta in mari vel in egritudinibus. In quibus igitur? Vel in optimis?
Tales autem que in bello; in maximo enim et optimo periculo. Concordes autem et hiis sunt honores in
civitatibus et apud monarchas. Proprie utique dicetur fortis qui circa bonam mortem impavidus
et quecumque mortem inferunt repentina existentia. Talia autem maxime que secundum bellum. Sed adhuc et in mari et egritudinibus
impavidus fortis. Non sic autem ut marinarii. Hii quidem enim desperant salutem et mortem talem
abhominantur; hii autem bene sperant secundum experientiam. Simul autem et viriliter agunt in quibus est fortitudo
vel bonum mori; in talibus autem corruptionibus neutrum horum existit. Terribile autem non omnibus
idem. Dicimus autem quoddam et supra hominem. Hoc quidem igitur omni terribile intellectum habenti. Que autem secundum hominem
different magnitudine et eo quod magis et minus. Similiter autem et audacia. Fortis autem imperterritus ut homo.
Timebit quidem igitur et talia, ut oportet autem et ut racio sustinebit boni gracia; hic enim finis virtutis. Est autem magis et
minus hec timere. Adhuc et non terribilia ut talia timere. Fit autem peccatorum hoc quidem quia non oportet, hoc autem quia non ut
non; hoc autem quia non quando, vel aliquid talium. Similiter autem et circa audacia. Quod quidem igitur oportet et timens gra-

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible] 4

sustinet et timet et ut oportet et ut quando similiter autem et audet fortis. Secundum dignitatem enim et ut utique ratio patitur et operatur fortis. Finis autem omnis operationis est qui secundum habitum. Et forti autem fortitudo bonum talis autem et finis; determinatur enim unumquodque fine. Bonum utique gratia fortis sustinet et operatur que secundum fortitudinem. Superhabundantium autem qui quidem impavidus innominatus. Diximus autem nobis in prioribus quoniam multa sunt innominata. Erit autem utique quis insaniens vel sine tristitia si nihil timeat, neque terre motum neque inundationes, quemadmodum aiunt celtas. Qui autem in audendo superhabundat circa terribilia audax. Videtur autem et audax iactator esse et simulator fortitudinis. Ut enim ille circa terribilia habet, sic iste vult videri. In quibus igitur potest, imitatur. Propter quod et sunt multi ipsorum audaces timidi. In hiis enim audentes terribilia non sustinent. Qui autem in timendo superhabundat timidus. Et enim que non oportet et ut non oportet, et omnia talia sequuntur ipsum. Deficit autem et in audendo, sed in tristitiis superhabundans manifestus est. Desperans utique quidam est timidus; omnia enim timet. Fortis autem contrarie; audere enim bone spei. Circa eadem quidem igitur est et timidus et audax et fortis, differenter autem ad hec habent. Hii quidem enim superhabundant et deficiunt, hic autem medie habet et ut oportet. Et audaces quidem precipites et volentes ante pericula, in ipsis autem discedunt; fortes autem in operibus acuti, prius autem quieti. Quemadmodum igitur dictum est, fortitudo medietas est circa audacia et terribilia in quibus dictum est, et quoniam bonum eligit et sustinet, vel quoniam turpe non. Mori autem fugientem inopiam vel cupidinem vel aliquid triste non fortis, sed magis timidi. Mollities enim fugere laboriosa, et non quoniam bonum sustinet sed fugiens malum. Est quidem igitur fortitudo talis quedam.

Capitulum 3m

Dicuntur autem et alie secundum quinque modos. Prima quidem politica: maxime enim assimilatur. Videntur enim sustinere pericula cives propter eas que ex legibus increpationes et obprobria et propter honores. Et propter hoc fortissimi videntur esse apud quos timidi inhonorati, fortes autem honorati. Tales et Homerus facit, puta Diomedem et Hectora: Polidamas mihi primus improperium reponet; et Diomedes: Hector enim aliquando dicet in Troianis concionans, Tidides a me. Assimilatur autem maxime hec ei que prius dicta est, quoniam propter virtutem fit. Propter verecundiam enim et boni desiderium, honoris enim gratia, et fugam obprobrii turpis existentis. Ponet utique aliquis et eos qui a principibus coactos in idem. Deteriores autem, quanto non propter verecundiam sed propter timorem id operantur, et fugientes non turpe sed triste. Cogunt enim domini, quemadmodum Hector: Quem autem ego seorsum a bello intelligam pavescentem, non ipsi sufficiens erit fugere canes. Et qui precipiunt, et si recedant, percutientes, idem operantur, et qui ante fossas et talia ordinant. Omnes enim cogunt. Non oportet autem propter necessitatem fortem esse, sed quoniam bonum.

Videtur autem et experientia que circa singula fortitudo esse. Unde et Socrates existimavit scientiam esse

[illegible]

6 [illegible]

8 9 [illegible]

10 [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

12 [illegible]

[illegible] 3

[illegible]

quam aliud est quod suscipiunt fugiunt / quod arcies patiebantur quam inducentes latebit ut si ho-
mines / et fortes utique dicti sunt quales qui existimati fortes. Circa audacias autem et timores
fortitudo existens non similiter circa ambo est sed magis circa terribilia / in hiis autem imperturbatus et circa hec ut oportet
habens fortis magis quam circa audacias / Sustinendo utique tristia ut dictum est fortes dicuntur / propter quod et
tristis fortitudo est et iuste laudatur / difficilius autem tristia ut dictum est sustinere quam a delectabilibus abstinere.
Sed adhuc videbitur utique esse quod secundum fortitudinem finis delectabilis esse ab hiis que circa evanescere. evanescit
quale et in gymnasticis agonibus fit / pugillibus quidem finis delectabilis cuius gratia corona et honores
percuti autem dolorosum si carnales et triste omnis labor. Propter multa autem hoc esse parvum existens quod gratia
nichil delectabile videtur habere / Si utique tale est et quod circa fortitudinem mors quidem et vulnera forti tristia et voluntarie erunt
sustinebit autem hec quoniam bonum vel quia turpe non. Et quanto utique virtutem universam habeat omnem et felicior sit magis in morte
tristabitur / tali enim maxime vivere dignum / et iste maximis bonis privatur sciens. Triste autem hoc. Sed nichil minus
fortis. forsitan autem et magis quoniam in bello bonum pro illis eligit / Non utique in omnibus virtutibus
delectabiliter operari existit nisi quantum fine attingit / Milites autem nichil forsitan prohibet non
tales esse optimos. sed eos qui minus quidem fortes aliud autem nullum bonum habentes / parati autem isti ad
pericula et vitam ad parva lucra permutant. / De fortitudine quidem igitur in tantum dictum sit. Quid autem est non
difficile typo accipere ex hiis que dicta sunt. tractatus 2us xi libri.

Post hanc de temperantia dicamus. videntur enim irrationabilium partium hee esse virtutes. Quod quidem
igitur medietas sit circa delectationes temperantia dictum est a nobis. minus enim et non similiter est circa tristicias.
In hiis autem et intemperantia videtur. Circa quales igitur delectationes nunc determinetur. Dividantur autem
anime et corporales, puta amor honoris amor discipline. utrumque enim horum gaudet quod amativus est nichil
patiente corpore, sed magis mente. Qui autem circa tales delectationes nec temperati nec intemperati dicuntur. Similiter autem et
quicumque non corporales sunt / amatores enim fabularum et narrativi et diem consumentes circa contingentia garru-
los dicimus, intemperatos autem non dicimus. neque contristatos propter pecunias vel amicos. Circa corporales autem erit utique
temperantia / non omnes utique has. Qui enim gaudent hiis que per visum, puta coloribus et figuris et pictura, neque
temperati neque intemperati dicuntur. Et si videbitur utique esse et ut oportet gaudere et hiis et secundum superhabundantiam et defectum.
Similiter autem et in hiis que circa auditum. superhabundanter enim gaudentes melodiis vel ypocrisi nullos intemperatos dicunt
neque eos qui ut oportet temperatos. Neque eos qui circa odoratum, nisi secundum accidens. Gaudentes enim violarum vel
rosarum vel thimiamatum odoribus non dicimus intemperatos, sed magis eos qui unguentorum et
pulmentorum. gaudent enim hiis intemperati quoniam per hec rememoratio fit eis concupiscibilium / videbit enim

4

10

11

12

13

[illegible]

Si enim operetur verecundabitur utique. Non est autem hec circa virtutes. Si autem verecundia pravum est et non verecundari turpia operantem, non magis talia operantem verecundari studiosum. Non est autem neque continentia virtus, sed quedam mixta. Ostendetur autem de hac in hiis que posterius sunt. Nunc autem de iusticia dicamus. Explicit quartus liber.

De iusticia autem et iniusticia intendendum circa quales sunt operationes, et qualis medietas iusticia, et iustum quorum medium. Intendendum autem nobis sit secundum eandem methodum hiis que predicta sunt. Videmus utique omnes talem habitum volentes dicere iusticiam, a quo operativi iustorum sunt et a quo iusta operantur et volunt iusta. Eodem autem modo et de iniusticia, a quo iniusti sunt et volunt iniusta. Propter quod et nobis primum velut typo supponantur hec. Neque enim eundem habet modum in scienciis et potenciis et habitibus. Potencia enim et sciencia videtur contrariorum eadem esse, habitus autem contrarius contrariorum non, puta a sanitate non operantur contraria sed sana solum. Dicimus enim sane ambulare cum ambulat ut utique sanus. Multociens quidem igitur cognoscitur contrarius habitus a contrario, multociens autem habitus a subiectis. Si enim sit manifesta euexia, et cathexia manifesta fit; et ex hiis que euexie, et euexia ex hiis. Si enim est euexia densitas carnis, necesse et cathexiam esse raritatem carnis, et euexiaticum faciens densitatem in carne. Consequitur autem ut in multum, si alterum multipliciter dicitur, et reliquum, puta si iustum, et iniustum. Videtur autem multipliciter dici iusticia et iniusticia, sed propter propinquam esse equivocationem latet, et non quemadmodum in hiis que de longe manifesta magis. Differencia enim multa que secundum ydeam, puta quoniam vocatur clavis equivoce que sub collo animalium et qua hostia clauduntur. Sumatur autem iniustus quotiens dicitur. Videtur autem et illegalis iniustus esse et avarus et inequalis. Quare manifestum quoniam et iustus erit legalis et equalis. Iustum quidem igitur legale et equale, iniustum autem illegale et inequale. Quoniam autem avarus iniustus, circa bona erit, non omnia sed circa quecumque bona fortuna et infortunium. Que sunt quidem simpliciter semper bona, alicui autem non semper. Homines autem hec orant et persequuntur. Oportet autem non, sed orare quidem bona simpliciter et ipsis bona esse, eligere autem que sibi ipsis bona. Iniustus autem non semper plus eligit, sed et minus in simpliciter malis. Sed quoniam videtur et minus malum bonum aliqualiter esse, boni autem est avaricia, propter hoc videtur avarus esse. Est autem et inequalis. Hoc enim continet et commune. Et illegalis. Hec autem illegalitas vel inequalitas continet omnem iniusticiam et commune omnis

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quod autem illegalis [illegible]

Leges autem dicunt [illegible]

Precipit autem legis [illegible]

Ipsa quidem [illegible]

Pessimus quidem [illegible]

Hec quidem [illegible]

Quid autem [illegible]

Quoniam autem [illegible]

iusticie Quoniam autem illegalis iniustus erat, legalis autem iustus, manifestum autem quoniam
omnia legalia sunt aliqualiter iusta. Determinata autem a lege positiva legalia sunt et unumquodque horum
iustum esse dicimus. Leges autem dicunt de omnibus coniectantes, vel quod communiter omnibus
vel optimis vel dominis vel secundum virtutem vel secundum aliquem alium modum talium. Quare uno quidem
modo iusta dicimus factiva et conservativa felicitatis et particularum ipsius politica communicatione.
Precipit autem lex et fortis opera, puta non derelinquere aciem neque fugere neque abicere arma,
et que temperati, puta non mechari neque contumeliari, et que mansueti, puta non percutere neque
detrahere. Similiter autem et secundum alias virtutes et malicias, hec quidem iubens, hec autem non prohibens, recte
quidem que posita est recte, deterius autem que apostochediasmenes. Ipsa quidem igitur iusticia virtus quidem est
perfecta, sed non simpliciter sed ad alterum. Et propter hoc multotiens preclarissima virtutum esse videtur iusticia,
et neque hesperus neque lucifer ita admirabilis, et proverbialiter dicentes aimus: In iusticia autem simul
omnis virtus est. Et perfecta maxime virtus quoniam perfecte virtutis usus est. Perfecta autem est quoniam habens
ipsam et ad alterum potest virtute uti, sed non solum ad se ipsum. Multi enim in propriis quidem
virtute possunt uti, in hiis autem que ad alterum non possunt. Et propter hoc bene videtur habere quod Biantis:
Principatus virum ostendet. Ad alterum enim et in communicatione iam princeps. Propter hoc autem ipsum
et alienum bonum videtur esse iusticia sola virtutum, quoniam ad alterum est. Alii enim conferentia operatur,
vel principi vel communicanti. Pessimus quidem igitur qui et ad se ipsum et amicos utitur malicia, optimus
autem non qui ad se ipsum utitur virtute sed qui ad alterum. Hoc enim opus difficile. Hec quidem igitur iusticia non pars
virtutis sed tota virtus est, neque contraria iniusticia pars malicie sed tota malicia. Quid autem differt
virtus et iusticia hec, manifestum ex hiis que dicta sunt. Est quidem enim eadem, esse autem non idem,
sed qua ad alterum quidem iusticia, qua autem talis habitus simpliciter virtus. Querimus autem eam
que in parte virtutis iusticiam; est enim quedam ut dicimus. Similiter autem et de iniusticia que secundum
partem. Signum autem quoniam est: secundum quidem enim alias malicias qui operatur iniuste quidem facit, avarus autem
nichil, puta qui abiecit clipeum propter timorem vel qui maledixit propter iram vel
non tribuit pecuniis propter illiberalitatem. Cum autem quis avarus facit, multotiens neque
secundum unam talium, sed neque secundum omnes, secundum maliciam autem quandam, vituperamus enim, et secundum iniusticiam.
Est igitur alia quedam iniusticia ut pars totius, et iniustum quoddam in parte totius iniusti eius
quod preter legem. Adhuc si hic quidem lucri gratia mechatur et accipiat, hic autem apponens et dampnum patiens propter concupiscentiam, iste quidem luxuriosus quidem videbitur
esse magis quam avarus, ille autem iniustus, luxuriosus autem non. Manifestum igitur quoniam propter lucrari.

Quoniam autem [illegible]

Adhuc si [illegible]

Adhuc etiam [illegible]

Neque in distributivum ... [illegible]

Videbitur autem ... Pitagorici ... [illegible]

Contrapassum ... [illegible]

... lucri dicitur. Aliquando autem hiis qui a principio dampnificati sunt, puta in vendere et emere et in aliis quibuscumque
licentiam dedit lex. Cum autem neque plus neque minus sed ipsa per se ipsa fiunt, vel eadem per
eadem, que ipsorum aiunt habere, et neque dampnificari neque lucrari. Quare lucri cuiusdam et dampni
medium iustum est, quod preter voluntarium equale habere et prius et posterius.

Videbitur autem aliquibus et contrapassum esse simpliciter iustum, quemadmodum Pytagorici. Contrapassum autem non congruit neque in distributivum iustum neque in directivum, quamvis
volunt hoc dicere et Radamantus iustum: Si patiatur que fecit, vindicta recta fiet. Multis
enim vicibus dissonat; puta si principatum habens percussit, non oportet repercuti; et si principem
percussit, non percuti solum oportet sed et puniri. Adhuc involuntarium et voluntarium differt multum.

Sed in communitatibus commutativis continet tale iustum contrapassum secundum proportionalitatem et non secundum equalitatem.

Contrafacere enim proportionale commanet civitatem. Vel enim hoc male querunt, si autem non, servitus videtur, si non contrafaciat; vel quod bene; si autem non, non fit retributio. Retributione autem commanent. Propter quod et Gratiarum templum prompte faciunt ut retributio sit. Hoc enim proprium gratie. Refamulari enim oportet ei qui gratiam fecit, et rursus ipsum incipere gratificantem.

Facit autem retributionem eam que secundum proportionalitatem, que secundum diametrum coniugatio. Puta edificator in quo a, coriarius in quo b, domus in quo g, calciamentum in quo d. Oportet autem accipere edificatorem a coriario illius opus, et ipsum illi retribuere quod ipsius. Si igitur primum sit secundum proportionalitatem equale, deinde contrapassum fiat, erit quod dicitur. Si autem non, non equale, neque commanet. Nichil enim prohibet melius esse alterius opus quam alterius. Oportet igitur hec equari.



Est autem hoc et in aliis artibus. Destruerentur enim si non faciebat faciens et quantum et quale, et patiens hoc et tantum et tale. Non enim ex duobus medicis fit communicatio, sed ex medico et agricola, et totaliter alteris et non equalibus. Sed hos oportet equari. Propter quod omnia comparata oportet aliqualiter esse quorum est commutatio. Ad quod numisma venit, et fit aliqualiter medium. Omnia enim mensurat, quare et superhabundantiam et defectum.

Quanta quedam utique calciamenta equale domui vel cibo. Oportet igitur quod edificator ad coriarium, tot calciamenta ad domum vel cibum. Si enim non hoc, non erit commutatio neque communicatio. Hoc autem si non equalia sint aliqualiter, non erit. Oportet igitur uno aliquo omnia mensurari, quemadmodum dictum est prius. Hoc autem est secundum veritatem quidem opus quod omnia continet. Si enim nichil indigerent vel non similiter, non erit commutatio vel non eadem. Quemadmodum autem commutatio indigentia quasi, puta pro communi facta est numisma secundum ...

[illegible]

Videt aut z pñs q̃ quasp unq̃ tyrannus q̃dam ꝓgnis ꝓgnis ad voluerit dicē q̃ eccl̃ia
ꝓlegalia tria talia tria ꝓpriant ista ꝑ instrumenta legale ē valē ut boues ē fun
instrumentale unū q̃d unū ē unū le q̃ ē unū le q̃d unū le q̃ dupliū ē libros de
pastur unū hō ē valē ꝑ funes unū ē libros plaustra tyne ferr ē hō aut ꝑ
ꝓlunt unū bou unū ē unū le ē ꝑpr unū le q̃ ē apd deos ē ꝑpr unū le
q̃d ē apd nos q̃d tibi ē unū le q̃ alia q̃ apd deos ē ꝑpr unū le
q̃ unū le unū le q̃ alia nalia unū ꝑpr unū le q̃ ad deos ꝑ q̃
q̃ eccl̃ia pariq̃ deq̃ ē ut ferr ē ut ꝑ plaustra

Quae aut z pñs q̃ q̃ unq̃ alq̃ bou ꝓcluderē dē
dubiū ꝓ ꝓ ē instrumentale ē unū le ꝑ legale ē
dū ꝑ instrumentale deq̃ legale ꝓ allo ꝑ unū le ꝑ
instrumentale dq̃ ut ꝑ plaustra ē unū le deq̃ ꝑ
ꝓ ꝑ dē ale q̃ ꝑ ē unū le deq̃ ut ꝑ plaustra ut dē ale
ut ꝑ plaustra ꝓ ꝑ abulens ad aquā unam dēo q̃ ut
pastura ꝑ ꝑpr ut ē ꝑ pauas hō dē ale q̃ instrumentale
nō q̃ ꝑ ē ad duas ꝑ dē ale ꝑ instrumentale
q̃ unū dens ꝑ ē boas ad ē unū instrumentale
boas ad vehendū ꝑ ligē ꝓ ad pecuniā

legalia ꝑ ꝓpriis instrumentis

vel rapīm sacrificale ꝓ no duas ones / adq̃ q̃dā ꝑ ꝓpriis lege ponit
puta sacrificare thebaide / ꝑ sacrificalia q̃ videt aut ad q̃dam oī ee talia q̃q
quide nalia ꝑ mobile ꝑ ubiq̃ eand ht pōm / q̃ admo unū mb / ꝑ impse
ardet. Justa aut mora q̃ssitum ꝓ aut no ꝓ sic hns ꝓ ut q̃mlb apud

Justicia aut legalium ꝑ pñs ꝑ quap quatuor ale ꝑ legale
ab ꝑ ꝓpta ꝑ ꝓ ꝑ ꝓ za pot dra ꝑ instrū ꝑ instrū ꝑ
instrū ꝑ instrū ꝓ ut ꝑ ꝑ instrū ale q̃ legale
q̃ ꝑ q̃ ꝑ nulla q̃ pta ꝑ instrū ale q̃ legale
ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ut ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ ꝑ

[illegible commentary: "Tria autem sunt in anima …"]

[illegible commentary: "Horum autem …"]

[illegible commentary: "Est autem …"]

Capitulum 2m

Tria autem sunt in anima dominantia actionis et veritatis: sensus, intellectus, appetitus. Horum autem sensus nullius principium actus. Manifestum autem eo quod bestie sensum quidem habent, actione autem non communicant. Est autem quod in mente affirmatio et negatio, hoc in appetitu persecutio et fuga. Quare quoniam moralis virtus habitus electivus, electio autem appetitus consiliativus, oportet propter hoc rationem veram esse et appetitum rectum, si quidem electio studiosa, et eadem hanc quidem dicere, hunc autem persequi. Hec quidem igitur mens et veritas practica. Speculative autem mentis et non practice bene et male verum est et falsum. Hoc enim est omnis intellectivi opus. Practici autem et intellectivi veritas confesse habens appetitui recto. Actionis quidem igitur principium electio, unde motus, sed non cuius gratia. Electionis autem appetitus et ratio que alicuius gratia. Propter quod neque sine intellectu et mente neque sine morali est habitu electio. Bona enim actio et contrarium in actione sine mente et more non est. Mens autem ipsa nichil movet, sed que gratia huius et practica. Hec enim et factive principatur. Gratia enim huius facit omnis faciens. Et non finis simpliciter, sed ad aliquid et alicuius factibile. Sed agibile; bona enim operatio finis est; appetitus autem huius. Propter quod vel appetitivus intellectus electio vel appetitus intellectivus, et tale principium homo. Non est autem eligibile nullum factum, puta Ilion captam fuisse. Neque enim consiliatur aliquis de facto, sed de futuro et contingenti. Factum autem non contingit non fieri. Propter quod recte Agathon: solo enim ipso et deus privatur, ingenita facere que utique sunt facta. Utrarumque utique intellectivarum particularum veritas opus. Secundum quos igitur maxime habitus verum dicet utraque, hee virtutes ambarum. Incipientes igitur superius iterum de ipsis dicamus.

Tractatus 2us

Sint utique quibus verum dicit anima affirmando vel negando quinque numero. Hec autem sunt ars, scientia, prudentia, sapientia, intellectus. Existimatione enim et opinione contingit mentiri. Scientia quidem igitur quid est hinc manifestum, si oportet certificare et non sequi similitudines. Omnes enim suspicamur quod scimus non contingere aliter habere. Contingentia autem aliter, cum extra speculari fiant, latet si sunt vel non sunt. Ex necessitate igitur est scibile. Eternum igitur. Que enim ex necessitate sunt simpliciter, omnia eterna. Eterna autem ingenita et incorruptibilia. Adhuc doctrinabilis omnis scientia videtur esse, et scibile discibile. Ex precognitis autem omnis doctrina, quemadmodum et in analeticis diximus. Hec quidem enim per inductionem, hec autem sillogismo. Inductio quidem utique principium est et universalis; sillogismus autem ex universalibus. Sunt igitur principia ex quibus sillogismus, quorum non est sillogismus. Inductio igitur. Scientia quidem igitur est habitus demonstrativus, et quecumque alia determinamus in analeticis. Cum enim aliqualiter credit et cognita ipsi sint principia, scit. Si enim non magis conclusione …

[illegible commentary: "Adhuc doctrinabilis …"]

[illegible commentary: "Est autem …", "Quare …", "Speculative autem …", "Actionis …", "Eligere autem …", "Utrarumque …", "Contingentia …"]

Tractatus secundus

[illegible commentary: "Incipientes …", "Sint utique …"]

[illegible marginal glosses]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

... artem habeat scientiam. Sed circa quae est de ratione se habentium modum. Contingentis autem aliter Ca[pitulu]m 2m
se habere est aliquid et factibile et activum. Alterum autem est factio et actio. Credimus autem de ipsis et
exotericis rationibus. Quare et cum ratione habitus activus alter est ab eo qui cum ratione factivus habitus.
Propter quod neque continentur sub invicem ab altera. Neque enim actio factio neque factio actio est. Quoniam autem
aedificativa ars quaedam est et quod habitus quidam cum ratione factivus, et neque ulla ars est quae
non cum ratione factiva habitus est, neque talis quae non ars, idem utique erit ars et habitus cum
ratione vera factivus. Est autem ars omnis circa generationem et artificiare et speculari qualiter utique
fiat aliquid contingentium et esse et non esse, et quorum principium in faciente sed non in facto. Neque enim de
his quae ex necessitate sunt vel fiunt ars est, neque de his quae secundum naturam. In ipsis enim habent hec
principium. Quoniam autem factio et actio alterum, necesse artem factionis sed non actionis esse. Et
quodam modo circa eadem est fortuna et ars, quemadmodum et Agathon ait: ars fortunam
dilexit et fortuna artem. Ars quidem igitur ut dictum est habitus quidam cum ratione vera factivus
est. Atechnia autem contrario cum ratione falsa habitus factivus circa contingens aliter se habere.

De prudentia autem sic utique assumamus, speculantes quos utique dicimus Ca[pitulu]m 3m
prudentes. Videtur autem prudentis esse posse bene consiliari circa ipsi
bona et conferentia, non secundum partem, puta qualia ad sanitatem vel fortitudinem, sed ad bene vivere
totum. Signum autem quoniam circa aliquid prudentes dicimus, quando ad finem aliquem studiosum
bene ratiocinabuntur, quorum non est ars. Quare et totaliter utique erit prudens consiliativus. Con-
siliatur autem nullus de impossibilibus aliter se habere, neque de non contingentibus ipsi agere. Quare siquidem scientia quidem cum
demonstratione, quorum autem principia contingunt aliter se habere, horum non est demonstratio (omnia enim contin-
gunt aliter habere), et non est consiliari de his quae ex necessitate sunt, non utique erit prudentia
scientia neque ars. Scientia quidem quoniam contingit activum aliter se habere, ars autem quoniam aliud genus actionis
et factionis. Relinquitur igitur ipsam esse habitum verum cum ratione activum circa hominis bona et
mala. Factionis quidem enim alterum finis, actionis autem non utique; est enim ipsa eupraxia finis. Propter hoc
Periclem et tales prudentes existimamus esse, quoniam ipsis bona et aliis possunt speculari. Esse
autem tales existimamus dispensatores et politicos. Hinc et temperantiam appellamus nomine
velud salvantem prudentiam. Salvat autem talem existimationem. Non enim omnem ex-
istimationem corrumpit neque pervertit delectabile et triste, puta quoniam trigonum duobus rectis equales
habet vel non habet, sed eas quae circa operabile. Principia quidem operabilium cuius gratia operabilia. Cor-

[illegible]

ad demonstrativa, non idem quidem, simile autem, sic naturalis virtus ad principalem. Omnibus enim videtur singulos morum existere natura aliqualiter; et enim iusti et temperati et fortes et alia habemus confestim a nativitate. Sed tamen querimus alterum quid principaliter bonum esse et talia secundum alium modum existere. Et enim pueris et bestiis naturales existunt habitus, sed sine intellectu nocivi videntur existentes. Verumptamen videtur tantum quemadmodum corpori forti sine visione moto accidit falli fortiter propter non habere visum, sic et hic. Si autem accipiat intellectum, in operari differt. Habitus autem similis existens tunc erit principaliter virtus. Quare quemadmodum in opinativo due species sunt, dinotica et prudentia, sic et in morali due sunt, hec quidem virtus naturalis, hec autem principalis. Harum principalis non fit sine prudentia. Propter quod aiunt omnes virtutes prudentias esse, et Socrates quidem, hac quidem recte querebat, hac autem peccabat. Quoniam quidem enim prudentias existimabat omnes esse virtutes, peccabat. Quoniam autem non sine prudentia, bene dicebat. Signum autem; et enim nunc omnes quando diffiniunt virtutem, apponunt habitum dicentes et ad que est secundum rectam rationem. Recta autem que secundum prudentiam. Videntur utique divinare aliqualiter omnes quoniam talis habitus virtus est que secundum prudentiam. Oportet autem parum transtendere. Non enim solum que secundum rectam rationem, sed que cum recta ratione habitus virtus est. Recta autem ratio de talibus prudentia est. Socrates quidem igitur rationes virtutes existimabat esse, scientias enim omnes. Nos autem cum ratione. Manifestum igitur ex dictis quoniam non possibile bonum esse principaliter sine prudentia, neque prudentem sine morali virtute. Sed et ratio sic dissolvetur utique qua disputabit quis quoniam separantur ab invicem virtutes. Non enim idem optime natus ad omnes. Quare hanc quidem iam, hanc autem nequaquam assumet. Hoc enim secundum naturales virtutes contingit, secundum quas autem simpliciter bonus dicitur, non contingit. Simul enim prudentia una existente omnes inerunt. Manifestum autem quoniam et si non practica esset, opus indigeret utique ipsa propter particule virtutem esse, et quoniam non erit electio recta sine prudentia neque sine virtute. Hec quidem enim finem, hec autem que ad finem facit operari. Sed tamen neque principalis est sapientie, neque melioris particule, quemadmodum neque sanitatis medicinativa. Non enim utitur ipsa, sed videt qualiter fiat. Illius igitur gratia precipit, sed non illi. Adhuc simile et si quis politicam dicat principari deorum, quoniam precipit circa omnia que in civitate. Explicit sextus ethicorum liber. Sequitur nunc septimus. Incipit autem sic

[illegible]

Ad bestialitatem autem [illegible]

Et cum quemadmodum [illegible]

Maxime autem [illegible]

Sed de hac [illegible]

Oportet autem [illegible]

Videtur utique [illegible]

Post hec autem dicendum aliud facientes principium quoniam circa mores fugiendorum tres sunt species: malitia, incontinentia, bestialitas. Contraria autem duobus quidem manifesta: hoc quidem enim virtutem, hoc autem continentiam vocamus; ad bestialitatem autem maxime utique congruit dicere super nos virtutem heroycam quandam et divinam. Quemadmodum Homerus de Hectore fecit dicentem Priamum quoniam valde erat bonus, neque videbatur viri mortalis puer existere, sed dei. Quare si, quemadmodum aiunt, ex hominibus fiunt dii propter virtutis superexcellentiam, talis quidem utique erit videlicet bestiali oppositus habitus. Et enim quemadmodum neque bestie est malitia neque virtus, sic neque dei, sed hec quidem honorabilius virtute, hec autem alterum quoddam genus malitie. Quoniam autem rarum et divinum virum esse, quemadmodum Lacones consueverunt appellare, qui admirantur valde aliquem, divinus vir aiunt, sic et bestialis in hominibus rarus; maxime autem in barbaris est. Fiunt autem quedam et propter egritudines et orbitates. Et propter malitiam autem hominum superexcedentes sic supra infamamus. Sed de hac quidem dispositione posterius faciendum quandam recordationem; de malitia autem dictum est prius. De incontinentia autem et mollitie et deliciis dicendum, et de continentia et perseverantia. Neque enim ut de eisdem habitibus virtuti et malitie utrumque ipsarum suscipiendum, neque ut altero genere. Oportet autem quemadmodum in aliis ponentes que apparent et primum dubitantes sic ostendere maxime quidem omnia probabilia circa has passiones, si autem non, plurima et principalia. Si enim solvantur difficultates et derelinquantur probabilia, ostensum utique erit sufficienter.

Videtur utique continentia et perseverantia studiosorum et laudabilium esse, incontinentia autem et mollities pravorum et vituperabilium. Et idem continens et permansivus in ratione, et incontinens et egressivus a ratione. Et incontinens quidem sciens quoniam prava agit propter passionem, continens autem sciens quoniam prave concupiscentie non sequitur propter rationem. Et temperatum quidem continentem et perseverantem. Talem autem hunc quidem omnem temperatum, hunc autem non; et intemperatum incontinentem, et incontinentem intemperatum confuse; hunc autem alios esse aiunt. Prudentem autem quandoque quidem non aiunt contingere esse incontinentem, quandoque autem quosdam prudentes existentes et dinos incontinentes esse. Adhuc incontinentes quidem dicuntur

Dubitabit autem [illegible]

Sunt autem quidam [illegible]

Postea autem [illegible]

Adhuc [illegible]

Adhuc si [illegible]

Adhuc sophisticus [illegible]

Accidit autem [illegible]

Iste quidem sermo [illegible]

Capitulum 2m

...ure a rationis alius. Quamquidem [illegible] Dubitabit autem utique aliquis qualiter existimans recte incontinet. Scientem quidem igitur non aiunt quidam possibile esse. Dirum enim scientia existente, ut existimabat Socrates, aliquid imperare et trahere ipsam quemadmodum servum. Socrates quidem enim totaliter pugnabat ad rationem, ut non existente incontinentia. Nullum enim existimantem operari preter optimum, sed propter ignoranciam. Iste quidem igitur sermo dubitat de apparentibus manifeste. Et oportet querere circa passionem, si propter ignoranciam, quis modus fit ignorantie. Quoniam enim non existimat quidem incontinens existens antequam in passione sit, manifestum. Sunt autem quidam qui hec quidem concedunt, hec autem non. Scientia quidem enim nichil esse melius confitentur. Nullum autem operari preter quod opinatur melius non confitentur. Et propter hoc incontinentem aiunt non scientiam habentem obtineri a voluptatibus, sed opinionem. Set vero si opinio et non scientia, neque fortis suspicio contendens sed quieta, quemadmodum in dubitantibus, venia ei que non manere in hiis ad concupiscentias fortes. Pravitati autem non venia, neque aliorum nulli vituperabilium. Prudencie igitur contendente. Hec enim fortissimum. Set inconveniens. Erit enim idem simul prudens et incontinens. Dicet autem utique nullus prudentis esse operari volente pessima. Cum hiis autem ostensum est prius quoniam activus quidem prudens. Extremorum enim aliquis et alias habens virtutes. Adhuc si quidem in eo quod est concupiscentias habere fortes et pravas continens, non erit temperatus continens neque temperatus continens. Neque enim quid valde temperati, neque pravas habere. Sed tamen oportet quidem. Si enim bone concupiscentie, pravus prohibens habitus non sequi, quare continentia non omnis studiosa. Si autem infirme et non prave, nichil venerabile, neque si prave infirme nichil magnum. Adhuc si omni opinioni permansivum facit continencia, prava, puta si et false; et si ab omni opinione incontinencia egressivum, erit aliqua studiosa incontinencia, puta Sophoclis Neoptolemus in Philoctete. Laudabilis enim non permanens quibus suasus est ab Ulixe propter tristari mentiens. Adhuc sophisticus sermo mentiens dubitatio. Propter inopinabilia enim velle arguere ut sapientes sint, cum attingunt, factus sillogismus dubitatio fit. Ligata est enim mens cum manere non velit propter non placere conclusum, procedere autem non possit propter solvere non habere sermonem. Accidit autem ex quodam sermone insipientiam cum incontinentia virtus. Contraria enim operatur quam opinatur propter incontinenciam. Opinatur autem bona mala esse et non oportere operari. Quare bona et non mala operabitur. Adhuc impersuad...

Capitulum 3m

Adhuc impersuadibilis [illegible]

opans & ꝑsequens & lectabilia & electas / melior utiq; mdebit eo qm no ꝑpe
formatom ꝫ ꝑ mortinetiam / Sanabilior em ꝑpe dissuad utiq; ꝙmes
aut raus grubio inquo aim; ḡn aqua sꝑfrat quid oz adq; bibe / eidē em
ꝑsuasus eet que agit dissuasus utiq; quiescet / hūs aut no suasus ut mmq
talia agit adhuc ſ ita oīa in grimetia est & grimentia / quib; simp; ꝙmes
/ nullus em os ht mgrimetias / aim; aut esse quosdam simplic / Dubitantes
qd agit tales qdam attendut hoc aut h; quid mtimē oz h; aut relinque
Primū ugt qd mtendendū h; solo n dubitatom tuenco est
ntm scientes / ut no / equa; scientes. Dem ita qualia grimetem
& mgrimetem ponedū / dico aut ntm / ita oem delectatom et tristiā ut ita qdam
segregatas / & grimetem & ꝑpensatem ntm / id ut alt est / or aut & de alijs quiq
cognata speculatois sit hui / q est aut pm mterois ntm grimes & ꝙmens
sunt & ita que sut inqualiter huntes dram / dico aut ntm in ita h; ee solū moun
timens ut no / ut m ut / ut no / ꝫ inequambobus / Dem si ita oia & mgrimentia et
grimentia ut no / Oz em ita oīa est simp; mgrimens / & ita que mpatus
Oz em in ad hs simp; hre. qde em utiq; eet mpancie / ꝫ si sit hre / h; quid em
ducit eligens / existimas ꝑ oportē pnūs delectabile ꝑ ꝑ / h; a no existimat qd
ꝑ ꝑ q; a Deo qd g; qde opiom vam ꝫ non sciam ee / pthm mgtmem agit
m; diffe adram / ad dam em opinatu no dubitat ꝫ existimat tte stire / Oz ſ
ꝑpt quiete credē opinates / magꝫ scientibz ꝑter opiom agut n; differt stia ab
opione / qdam em credē / m; mmq quibz opinat; qm alti qbus sciet / ita manifestat
aut eraclitus / Oz q dicp; dns stire & em hns qd / no mteb aut stia / mutes dr sed
Diffe hntem quid / no spectante / ad spectante aut qne no oz agere ab eo qui est
hntem & spectante / h; em videt durū ꝫ no si n speculans / adh; q duo modi
quom qbus oz uti / hntem quid utiq; m; ꝙhibet operari que ꝑter sciam / uten
tem quid ut / ꝫ no ea qne scim ꝑtem. opabilia em singulatim / Diffe ad et
cole / gor qd em in se ꝑpost ad mre est / pma qm oz homo qferut stata / ꝙmite
homo / ut qm statu q tale / Oz si h; tale / ut no bt ut no operatur / ꝫ utiq; hos dif
fert modo / impossibile tm ut videatur / sic quid stire ut ns / salte aut admi

Et ita pū / q ppter tres ꝑ popuit pcedi ad dda stat sunt
duo ꝑ abeā / q debet ſ spō ee stigabē / pter ita sit / q tunc
ad uoꝑ ubeā / ita qua utiq; ſ / tunc ꝑ / tunc ꝑ
utiq; tunc ꝑ / q tunc de tpe ab ꝙb; ſtibz ſ
ad ſ / ita q tunc / q tunc ꝑ / tunc ꝑ
tractꝫ / ſ gustꝫ / ſ ſ / utiq; tunc / tunc
q ſ / ita de alijs simul / qnq; tunc / ꝑ / ita
q; q; / q; tunc / ſ / ſ / ſ / tunc
ſ / ſ / ſ /

[illegible commentary]

Adhuc hec sciam scientiam alium modum a nunc dictis existit hominibus. In habere quidem enim non utendo differentem videmus habitum. Quare et habere aliqualiter non habere, puta dormientem et maniacum et vinolentum. Set et sic disponuntur in passionibus existentes. Ire enim et concupiscentie venereorum et quedam talium manifeste et corpus transmutant. Quibusdam autem et insanias faciunt. Palam igitur quoniam similiter habere dicendum incontinentes hiis. Dicere autem sermones eos qui a scientia nullum signum. Et enim in passionibus hiis existentes demonstrationes et verba dicunt Empedoclis. Et primum discentes complectuntur quidem sermones, sciunt autem nequaquam. Oportet enim connasci, hoc autem tempore indiget. Quare quemadmodum simulantes, sic existimandum dicere et incontinentes. Adhuc et sic naturaliter utique aliquis aspiciet causam. Hec quidem enim universalis opinio, altera autem de singularibus est, quorum sensus iam principalis. Cum autem una fiat ex ipsis, necessarium conclusum hic quidem dicere animam, in factivis autem operari confestim. Puta si omne dulce gustare oportet, hoc autem dulce ut unum aliquod singularium, necessarium potentem et non prohibitum simul hoc et operari. Cum igitur universalis sit prohibens gustare, hec autem quoniam omne dulce delectabile, hoc autem dulce, hec autem operatur forte, hec concupiscentia autem ducit. Movere enim unumquodque potest particularium. Quare accidit a ratione aliqualiter et opinione incontinentem agere. Non contraria autem secundum se ipsam sed secundum accidens. Concupiscentia enim contraria, sed non opinio recte rationi. Quare et propter hoc bestias non incontinentes esse, quoniam non habent universalem opinionem, sed singularium fantasiam et memoriam. Qualiter autem solvitur ignorantia et rursus fit sciens incontinens, eadem ratio que et de vinolento et dormiente, et non propria huius passionis, quam oportet a physiologis audire. Quia autem ultima propositio et opinio sensibilis et principalis operationum, hanc aut non habet in passione ens, aut sic habet ut non erat in habere scire, sed dicere quemadmodum vinolentus que Empedoclis. Et propter non universalem neque scientificam similiter esse videri extremum terminum universali, et videtur quod querebat Socrates accidere. Non enim principaliter esse visa scientia presente fit passio, neque ipsa attrahitur propter passionem sed sensitiva. De eo quidem igitur quod est sciente vel non, et qualiter scientem contingit incontinentem operari, tanta dicta sint. Consequenter quartum capitulum huius septimi

[illegible commentary]

Quia autem [illegible] [illegible]

Utrum autem est aliquis incontinens simpliciter, vel omnes secundum partem, et si est, circa qualia est, dicendum consequenter. Quoniam quidem igitur circa delectationes et tristitias sunt et continentes et perseverantes et incontinentes et molles, manifestum. Quoniam autem sunt hec quidem necessaria facientium delectationem, hec autem eligibilia quidem secundum se ipsa, habentia autem superhabundantiam, necessaria quidem que sunt corporalia, dico autem talia corporalia circa que intemperantiam posuimus et temperantiam; non necessaria autem eligibilia autem secundum se ipsa, dico autem puta victoriam, honorem, divitias et talia bonorum et delectabilium. Eos quidem igitur qui ad hec preter rationem rectam superexcellunt eam que in ipsis, simpliciter quidem non dicimus incontinentes, apponentes autem pecunie incontinentes et lucri et honoris et ire, simpliciter autem non, ut alios et secundum similitudinem dictos, quemadmodum homo qui olimpia vicit; illi enim communis ratio a propria parum differebat, sed tamen altera erat. Signum autem: incontinentia quidem enim vituperatur non ut peccatum solum, sed et ut malitia quedam, vel simpliciter existens vel secundum quandam partem; horum autem nullus. Eorum autem qui circa corporales voluptates, circa quas dicimus temperatum et intemperatum, non eligens delectabilium prosequens superhabundantias et tristabilium fugiens, esuriei et sitis et caloris et frigoris et omnia que circa tactum et gustum, sed preter electionem et intellectum, incontinens dicitur non secundum appositionem, quoniam circa hec quemadmodum ire, sed simpliciter solum. Signum autem: et enim molles dicuntur circa has, circa illarum autem nullam. Et propter hoc in idem incontinentem et intemperatum ponimus, et continentem et temperatum, sed non illorum nullum, propter esse circa easdem aliqualiter voluptates et tristitias esse. Hii autem sunt circa eadem quidem, sed non similiter sunt, sed hii quidem eligunt, hii autem non eligunt. Propter quod magis intemperatum utique dicimus quicumque non concupiscens vel quiete prosequitur superhabundantias et fugit moderatas tristitias, quam hunc qui propter concupiscere valde. Quid enim utique ille faceret si adesset concupiscentia iuvenilis et circa necessariorum indigentias tristitia fortis?

Quoniam autem concupiscentiarum et delectationum hee quidem sunt genere bonorum et studiosorum, quedam enim natura eligibilium, quedam contraria hiis, quedam autem intermedia, quemadmodum distinximus prius, puta pecunie et lucrum et victoria et honor; ad omnia autem et talia et intermedia non vituperantur propter pati et concupiscere et amare, sed aliqualiter et superhabundare. Propter quod quanti quidem preter rationem vel dominantur vel prosequuntur

Eos quidem [illegible]

Eorum autem [illegible]

Et propter hoc [illegible]

Sed non illorum [illegible]

Propter quod magis [illegible]

Quia autem [illegible]

Propter quod quanti [illegible]

Opposita ... [illegible]

Malicia quidem ... [illegible]

Quia autem ... [illegible]

corporis que non aliquid pulchrorum et bonorum puta circa honorem et magis qui omnes studentes
velut circa filios et parentes. Et enim hec bonorum et laudantur qui circa hec student.
Sed tamen est quedam superhabundantia et in hiis si quis quemadmodum Niobes rebellet et
adversus deos vel quemadmodum Satyrus philopator cognominatus circa patrem valde enim
videbatur desipere. Malicia quidem igitur nulla circa hec est propter id quod dictum est quoniam naturaliter
eligibilium unumquodque est propter se ipsum. Prave autem et fugiende sunt ipsorum superhabundantie.
Similiter autem neque incontinentia. Incontinentia enim non solum fugiendum sed et vituperabilium
est. Propter similitudinem autem passionis apponentes ad incontinentiam circa unumquodque dicunt,
puta malum medicum et malum ypocritam, quem simpliciter utique non dicerent malum.
Quemadmodum igitur neque hic propter non maliciam esse unamquamque ipsarum, sed similem secundum analogiam,
sic palam quod et illic existimandum solam incontinentiam et continentiam esse
que est circa eadem temperantie et intemperantie. Circa iram autem secundum similitudinem
dicimus. Propter quod apponentes incontinentem ire quemadmodum honoris et lucri aiunt. Quoniam autem
sunt quedam quidem delectabilia natura, et horum hec quidem simpliciter, hec autem secundum genera et animalium
et hominum, hec autem non sunt, sed hec quidem propter orbitates, hec autem propter consuetudines fiunt,
hec autem propter pravas naturas, est et circa horum singula videre habitus. Dico autem
bestiales, puta eam hominem quam dicunt pregnates rescindentem pueros devorare,
vel qualibus gaudere aiunt quosdam silvestrium circa pontum, hos quidem crudis, hos autem hominum
carnibus, hos autem pueros commodare ad invicem in convivium, vel quod circa Phalarim dicitur. Hii quidem
bestiales. Hii autem propter egritudines fiunt et maniam quibusdam, quemadmodum matrem
sacrificans et comedens et conservi epar. Hii autem egritudinales vel ex consuetudine puta
pilorum evulsiones et unguium corrosiones, adhuc autem carbonum et terre. Cum hiis
autem que venereorum masculis. Hiis quidem enim natura, hiis autem ex consuetudine accidunt,
puta assuetis ex pueris. Quibus quidem igitur natura causa, hos utique nullus dicet incontinentes,
quemadmodum mulieres quoniam non ducunt sed ducuntur. Similiter autem et egritudinaliter
habentibus propter consuetudinem. Habere quidem igitur singula horum extra terminos est malicie,
quemadmodum et bestialitas. Habentem autem superare vel superari non simpliciter incontinentia,
sed que secundum similitudinem quemadmodum et circa iras habentem hunc modum passionis
incontinentem autem non simpliciter dicendum. Omnis enim superhabundans malicia et insipientia

Dico autem ... [illegible]

Hii autem ... [illegible]

Quibus autem ... [illegible]

Habere autem ... [illegible]

Omnis enim ... [illegible]

Horum autem [illegible]

Magis autem [illegible]

temiditas et insipientia et crudelitas, hee quidem bestiales, hee autem egritudinales sunt. Qui enim natura talis qualis timere omnia et si sonuerit mus, secundum bestialem timiditatem timidus; hic autem vel mustelam causa egritudinis timuit propter egritudinem. Et insipientium hii quidem ex natura irrationales et solum sensu viventes bestiales, quemadmodum quedam genera longe barbarorum; hii autem propter egritudines puta epilepticas vel manias egritudinales. Horum autem est quandoque quidem habere quedam solum, non superari autem; dico autem puta si Phalaris tenuit concupiscens pueri comedere vel ad venereorum inconveniens delectationem. Est autem et superari, non solum habere. Quemadmodum et malitia que quidem secundum hominem simpliciter dicitur malitia, que autem secundum appositionem quoniam bestialis vel egritudinalis, simpliciter autem non, secundum eundem modum manifestum et incontinentia est hec quidem bestialis, hec autem egritudinalis, simpliciter autem que secundum humanam intemperantiam solum. Quod quidem igitur incontinentia et continentia est solum circa que intemperantia et temperantia, et quoniam circa alia est alia species incontinentie dicta secundum methaphoram et non simpliciter, manifestum.

Quoniam autem et minus turpis incontinentia que ire quam que concupiscentiarum speculabimur. Videtur enim ira audire quidem rationem, obaudire autem, quemadmodum velotes ministrorum, puta qui audire omne dictum excurrunt, deinde peccant in mandato, et canes ante intendere si amicus, si solum sonitu faciat latrant; sic ira propter caliditatem et velocitatem nature audiens quidem, non preceptum autem audiens, movet ad punicionem. Ratio quidem enim vel fantasia quoniam iniuria vel contemptus manifestavit; hec autem quemadmodum sillogizans quoniam oportet talem oppugnare, indignatur confestim; concupiscentia autem si solum dicat quoniam delectabile ratio vel sensus, movet ad fruitionem. Quare ira quidem sequitur rationi aliqualiter, concupiscentia autem non. Turpior igitur; incontinens quidem enim ire ratione aliqualiter vincitur, qui autem concupiscentie et non a ratione. Adhuc naturalibus magis venia sequi appetitibus, quia et concupiscentiis talibus magis quecumque communes omnibus et in quantum communes. Ira autem naturalius et difficultas concupiscentiis hiis que superhabundantie et non necessariis, quemadmodum respondens qui patrem percussit: et enim iste dixit eum qui sibi ipsius et ille eum qui superius, et puerum ostendens et iste me dixit

Adhuc naturalibus [illegible]

Adhuc iniustiores [illegible]

Omnis autem [illegible]

Dictorum utique [illegible]

sed et abstinentias superabundantias quidam persequens delectationum vel secundum superabun-
dantias vel propter electionem et propter ipsas et nihil propter alterum advenientes intemperatus
Necesse enim hunc non esse penitentem quare insanabilis. Deficiens autem oppositus. medi-
us autem temperatus. Similiter autem et fugiens corporales tristitias non propter vinci sed propter
electionem. Non eligentium autem hic quidem ducitur propter delectationem, hic autem propter fugere tristi-
tiam que a concupiscentia. Quare differunt ad invicem. Omni autem utique videbitur deterior esse
si quis non concupiscens vel quiete operatur aliquid turpe quam si vehementer
concupiscens. Et si non irascens percutit quam si irascens. Quid enim utique faceret
in passione existens. Propter quod intemperatus deterior incontinente. Dictorum utique
hic quidem mollitiei species magis, hic autem intemperatus. Opponitur autem
continenti quidem incontinens, molli autem perseverativus. Perseverare quidem enim est in
[illegible] contendere, continentia autem in eo quod est superare, quemadmodum et non vinci
eius quod est vincere. Propter quod et eligibilius continentia perseverantia est. Deficiens autem
ad que multi et contendunt et possunt, iste mollis et delicatus; et enim delicia molli-
ties quedam est. Qui trahit vestimentum ut non laboret secundum eam que ele-
vare tristitiam, et imitans laborantem non existimat miser esse, miseri
similis existens. Similiter autem habet et circa continentiam et incontinentiam. Non enim si quis
a fortibus et superexcellentibus delectationibus vincitur vel tristitiis admirabile
sed condonabile si contendens, quemadmodum Theodecti Philoctetes a vipera percussus
vel Karkino in Alope Kerkion, et quemadmodum continere temptantes risum
repente effundunt quale contigit Xenophanto. Sed si quis ad quas multi
possunt resistere ab hiis vincitur, non potest contendere, non propter naturam generis vel propter
egritudinem, puta in Scitarum regibus mollities propter genus et femineum ad masculum.
Videtur autem et ludi amator intemperatus esse, est autem mollis. Ludus
enim remissio est, siquidem et quies. Eorum autem qui ad hanc superabundantium est
ludi amator. Incontinentie autem hec quidem precipitatio, hec autem debilitas. Hii quidem enim consilian-
tes non immanent quibus consiliati sunt propter passionem, hii autem propter non consiliari
ducuntur a passione. Quidam enim quemadmodum pretitillantes non titillan-
tur sic et presentientes et previdentes et preexcitantes se ipsos et ratiocinationem non vincuntur

Deficiens [illegible]

Non enim si [illegible]

Sed si quis [illegible]

Videtur autem [illegible]

Incontinentie autem [illegible]

[illegible]

Est autem intemperatus ... Cap. 8m [illegible]

Ipsorum autem [illegible]

Quod quidem [illegible]

Quoniam autem [illegible]

Quemadmodum autem [illegible]

Maxime autem [illegible]

a passione, neque sic delectabilis sit, utique sit tristis. Maxime autem acuti et melancolici secundum estimatam incontinentiam sunt incontinentes. Hii quidem enim propter velocitatem, hii autem propter vehementiam non expectant rationem, propter sequaces esse fantasie.

Est autem intemperatus, quemadmodum dictum est, non penitens. Permanet enim electioni. Incontinens autem penitens omnis. Propter quod non quemadmodum dubitavimus sic et habet. Sed hic quidem insanabilis, hic autem sanabilis. Assimilatur enim malitia quidem egritudinibus velut ydropi et ptisi, incontinentia autem epilepticis. Hec quidem enim continua, hec autem non continua malitia. Et totaliter autem alterum genus incontinentie et malitie. Malitia quidem enim latet, incontinentia autem non latet. Ipsorum autem horum meliores extatici quam rationem habentes quidem, non autem immanentes. Ab minori enim passione vincuntur et non impremeditati, quemadmodum alii. Similis enim incontinens velociter inebriatis et a paucio vino et minori quam ut multi. Quod quidem igitur malitia incontinentia non est manifestum. Sed quo forte. Hoc quidem enim preter electionem, hoc autem secundum electionem est. Non tamen simile et secundum operationes, quemadmodum quod Demodoci ad Milesios. Milesii enim insipientes quidem non sunt, operantur autem qualia utique insipientes. Et incontinentes iniusti quidem non sunt, iniusta autem faciunt. Quoniam autem hic quidem talis qualis non propter persuasum esse persequi eas que secundum superhabundantiam et preter rationem corporales delectationes, hic autem persuasus est propter talem esse qualem persequi ipsas. Ille quidem igitur facile transpersuasibilis, iste autem non. Virtus enim et malitia principium hoc quidem corrumpit, hoc autem salvat. In actionibus autem quod cuius gratia principium, quemadmodum in mathematicis suppositiones. Neque utique illic ratio doctrina principiorum neque hic, sed virtus vel naturalis vel assuetiva eius quod est recte opinari circa principium. Temperatus quidem igitur talis, intemperatus autem contrarius. Est autem aliquis propter passionem extaticus preter rationem, quem quidem ut non agat secundum rectam rationem superat passio, ut autem sit talis qualis persuasus esse persequi sine prohibitione oportere tales delectationes non superat. Iste autem incontinens melior intemperato, neque pravus simpliciter. Salvatur enim optimum principium. Alius autem contrarius, qui manet et non extaticus propter passionem. Manifestum utique ex hiis quoniam

Utrum igitur [illegible commentary, c. 8 lines]

Contingit autem quosdam et magis ... Et eciam materie [illegible] laudan

Cum autem [illegible commentary, c. 17 lines]

hec quidem studiosus habitus, hec autem pravus.

Utrum igitur continens est qui qualicumque racioni et qualicumque electioni immanet, vel qui recte; et incontinens autem qui qualicumque non immanet electioni et qualicumque racioni, vel qui falsae racioni et electioni non immanet, non recte, quemadmodum dubitatum est prius? Vel secundum accidens quidem qualicumque, secundum se autem aliqui vere racioni et recte electioni hic quidem immanet hic autem non immanet. Si enim quis hoc propter hoc eligit vel persequitur, secundum se quidem hoc persequitur et eligit, secundum accidens autem quod prius. Simpliciter autem dicimus quod secundum se. Quare est quidem ut qualicumque opinioni hic quidem immanet, hic autem excedit; simpliciter autem quod vere. Sunt autem quidam immansivi opinioni, sunt autem quos vocant ischyrognomones, puta difficile persuasibiles et non facile transsuasibiles; qui simile quid aliquid habent continenti, quale prodigus liberali et audax confidenti. Sunt autem alteri secundum multa. Hic quidem enim propter passionem et concupiscentiam non transmutatur continens, quoniam facile persuasibilis cum contingat erit continens. Hii autem non a racione, quoniam concupiscentias assumunt et ducuntur multi a delectationibus. Sunt autem ischyrognomones et idiognomones et indisciplinati et agrestes. Idiognomones quidem propter delectationem et tristiciam. Gaudent enim vincentes si non transpersuadeantur, et tristantur si infirma que ipsorum sunt, quemadmodum sentencie. Quare magis incontinenti assimilantur quam continenti. Sunt autem quidam qui hiis que videntur non immanent non propter incontinenciam, puta in Philotete qui Sophoclis Neoptolomeus. Quamvis propter delectationem non immansit, sed bonam. Vere dicere enim ipsi bonum erat, persuasus autem est ab Odisseo ulixe falsum dicere. Non enim omnis qui propter delectationem aliquid operatur est intemperatus neque pravus neque incontinens, sed qui propter turpem.

Quia autem aliquis est et talis qualis minus quam oportet corporalibus gaudens, et non immanens racioni, talis huius et incontinentis medius continens. Incontinens quidem enim non immanet racioni propter magis quid, continens autem immanet, et non propter alterum transmutatur. Oportet autem si quidem continencia studiosum, utrosque contrarios habitus pravos esse, quemadmodum et apparent. Sed propter alterum in paucis et raro esse manifestum, quemadmodum temperancia intemperancie videtur contrarium esse solum, sic et continencia incontinencie. Quia autem secundum similitudinem

Sunt autem [illegible commentary, c. 13 lines] 2

Sunt autem ischyrognomones [illegible commentary, c. 14 lines] 3

Sunt autem quidam [illegible commentary, c. 13 lines]

Quia autem 2m ... [illegible commentary, c. 9 lines]

Dubitabit [illegible commentary, c. 6 lines] ... motum [illegible]

Quia autem [illegible commentary, c. 14 lines] ... posita.

Et adhuc quod neque ... [illegible]

Malus autem non ... [illegible]

Sicut autem ... [illegible]

Sanabilior autem ... [illegible]

De delectatione autem ... [illegible]

Neque simul prudentem ... [illegible]

multa dicit et continentia que temperati secundum similitudinem consequuta est. Est autem continens potens non prout rationem contrarias delectationes facere et temperatus. Sed hic quidem habens, hic autem non habens pravas concupiscentias, et hic quidem talis qualis non delectari preter rationem, hic autem delectans sed non duci. Similes autem et incontinens et intemperatus alii quidem existentes. Ambo autem corporalia delectabilia persequuntur. Sed hic quidem et existimans oportere, hic autem non existimans. Neque simul prudentem et incontinentem contingit esse eundem. Simul enim prudens et studiosus secundum morem ostensum est ens. Adhuc non in scire solum prudens, sed et in eo quod practicus. Incontinens autem non practicus. Dextrum autem nihil prohibet incontinentem esse. Propter quod et videntur quandoque prudentes esse quidam incontinentes autem, propter determinatam differre astuciam secundum modum in primis sermonibus. Et secundum quidem rationem prope esse, differre autem secundum electionem. Neque utique ut sciens et speculans, sed ut dormiens vel vinolentus. Et volens quidem. Secundum modum enim quendam sciens et quod facit et cuius gratia. Malus autem non. Electio enim epieikes. Unde semimalus. Et non iniustus. Non enim insidiator. Hic quidem ipsorum non immanens quibus utique consiliabitur. Melancolicus autem neque consiliativus totaliter. Et assimilatur utique incontinens civitati que calculant omnia necessaria et leges habet studiosas, utitur autem nulla, quemadmodum anaxandrides [illegible] est. Civitas volebat cui legum nihil est cure. Malus autem utenti quidem legibus malis autem utenti. Est autem incontinentia et continentia circa superexcellens multorum habitum. Hic quidem magis manet, hic autem minus plurimum potentia. Sanabilior autem incontinentiarum secundum quam melancolici incontinenter agunt, consiliantium non immanentium autem, et per assuetudine incontinentes naturalibus. Facilius enim consuetudine transmutare natura. Propter hoc enim et consuetudo difficilis quoniam nature assimilatur, quemadmodum et evenus dicit [illegible] diuturnam meditationem in mane cuncta et utique hanc hominibus finientem naturam esse. Quid quidem igitur est continentia et quid incontinentia et perseverantia et mollicies et qualiter

De delectatione autem et tristicia [illegible] dictum est. Tractatus

speculari eius qui politicam philosophatur. Iste enim finis architecton ad quem respicientes unumquodque hoc quidem malum hoc autem bonum simpliciter dicimus. Adhuc autem unum eorum intendere de ipsis. Et enim virtutem et maliciam moralem

Sed tunc autem ... [illegible]

Et felicitatem ... [illegible]

Quia autem [illegible]

Tertio adhuc [illegible]

...tristicias & delectaciones ponunt. Et felicitatem plectes cum delectatione de-
dunt / ipse quod bonum non auderent a gaudere. Hijs quidem igitur videtur neque una de-
lectatio esse bonum neque secundum se neque secundum accidens. Non enim esse idem bonum et
delectationem. Hijs autem quasdam quidem esse, multe autem prave. Adhuc autem horum tercium, et
omnes bonum, tamen non contingere esse optimum delectationem. Totaliter quidem igitur non bonum
quoniam omnis delectatio generatio est in naturam sensibilem. Neque una est generatio cogna-
ta finibus, puta neque una edificatio domui. Adhuc temperatus fugit delectationes. Adhuc
prudens non triste persequitur, sed non delectabile. Adhuc impedimentum ei quod est prudentie esse
delectationes, et quanto magis gaudet magis, puta eam que venereorum. Nullum enim utique
posse intelligere aliquid in ipsa. Adhuc ars neque una delectationis; quamvis omne bonum artis
opus. Adhuc pueri et bestie persequuntur delectationes. Eius autem quod non omnes studiose, quoniam sunt
et turpes et exprobrate, et quoniam nocive. Egritudinalia enim quedam delectabilium. Quod autem non
non optimum delectatio, quoniam non finis sed generatio. Que quidem igitur dicuntur fere hec sunt.

Quoniam autem non accidit propter hec non esse bonum neque optimum, ex hijs manifestum. Primum
quidem quoniam bonum dupliciter: hoc quidem enim simpliciter, hoc autem alicui, et nature et habitus
consequentur, quare et motiones et generationes. Et que prave putantur hee quidem simpliciter prave, huic autem non, sed eli-
gibiles huic; quedam autem neque huic, sed aliquando et secundum paucum tempus eligibiles, autem
non. Hee autem neque delectationes, sed videntur quecumque cum tristicia et medicine gratia,
puta que laborantium. Adhuc quoniam boni hoc quidem operatio, hoc autem habitus est. Secundum
accidens constituentes in naturalem habitum delectabiles sunt. Est autem operatio in concupiscen-
tijs indigentis et nature habitus & nature; quoniam et sine tristicia et concupiscentia sunt delecta-
tiones, puta eius que est speculari operationes, non indigente. Signum autem quoniam
non eodem delectabili gaudent secundum quem repletur natura et constituta. Sed constituta quidem
simpliciter delectabili, que repletur autem et contrariis. Et enim acutis et amaris gaudent quorum
nullum neque natura delectabile neque simpliciter delectabile. Quare neque delectationes. Ut enim delectabilia ad
invicem constituta sunt, sic et delectationes que ab hijs. Adhuc non necesse alterum quid
esse melius delectatione, quemadmodum quidam dicunt finem generationis. Non enim genera-
tiones sunt, neque cum generatione omnes, sed operationes et finis. Neque fiente accidunt, sed utentium. Et
finis non omnium alterum quid, sed imperfectorum ducentium. Propter quod et non bene habet sensibilem genera-
tionem dicere esse delectationem, sed magis dicendum operationem eius qui secundum naturam

Adhuc 2 [illegible]

Adhuc prudens [illegible]

Adhuc impeditiva [illegible]

Adhuc ars [illegible]

Adhuc pueri [illegible]

Eius autem [illegible]

Quod autem [illegible]

Primum autem [illegible]

Adhuc quoniam [illegible]

Adhuc non necesse [illegible]

Sed quoniam non eadem [illegible commentary]

Et aliquis [illegible commentary]

quod est esse aliquam optimum ipsam. Fama autem non omnino perditur quam populi multi famant. Sed quoniam non eadem neque natura neque habitus optimus neque est neque videtur, neque delectationem persequuntur eandem omnes, delectationem tamen omnes. Forte autem et persequuntur non quam existimant neque quam utique dicent, sed eandem. Omnia enim natura habent quoddam divinum. Sed assumpserunt nominis hereditatem corporales delectationes propter et plures declinare in ipsas et omnes participare ipsas. Propter solas igitur cognitas esse has solas existimant esse. Et quoniam si huiusmodi delectationes non sunt optime existimant quidam quod delectatio non sit optimum.

2 Manifestum autem et quoniam si non delectatio bonum et operacio, non erit delectabiliter vivere felicem. Cuius enim gratia indigeret utique ipsa, si quidem non bonum, sed et tristiter contingit vivere. Neque malum enim neque bonum tristicia, si quidem neque delectatio. Quare propter quid utique fugeret? Neque utique delectabilis vita studiosi, si non et operaciones ipsius.

De corporalibus autem utique delectationibus intendendum dicentibus quoniam quedam delectationes eligibiles valde, puta bone, sed non corporales et circa quas intemperatus. Propter quid igitur contrarie tristicie male? Malo enim bonum contrarium. Vel sic bone necessarie, quoniam et non malum bonum est? Vel usque ad hoc bone. Habituum quidem enim et motuum quorumcumque non est melioris superhabundancia, neque delectationis. Corporalium autem bonorum est superhabundancia, et pravus persequendo superhabundanciam est, sed non necessarias. Omnes enim gaudent aliqualiter et pulmentis et vino et venereis, sed non ut oportet. Contrarie autem in tristicia. Non enim superhabundanciam fugit, sed

3 totaliter. Non enim superhabundancie est tristicia contraria, sed persequenti superhabundanciam. Quoniam autem non solum oportet verum dicere, sed et causam falsi, hec enim confert ad fidem; cum enim rationale appareat propter quid videtur verum non ens verum, facit credere vero magis. Quare dicendum propter quid videntur corporales delectationes eligibiliores. Primum quidem utique quoniam expellit tristiciam et propter superhabundancias tristicie, ut existente medicina, delectationem persequuntur superhabundantem et totaliter corporalem. Vehementes autem fiunt medicine, propter quod et contrario iuxta contrarium apparere.

Et non studiosum utique videtur delectatio propter duo hec, quemadmodum dictum est, quoniam hee quidem prave nature sunt operaciones vel ex nativitate, quemadmodum bestie, vel propter consuetudinem, quemadmodum que pravorum hominum. Hee autem medicine quoniam indigentis et habere melius quam fieri. Hee autem accidunt hiis qui perficiuntur. Secundum accidens igitur studiose.

Adhuc persequuntur sunt propter vehementes esse a non potentibus aliis gaudere ipsis.

Manifestum autem [illegible commentary]

De corporalibus autem [illegible commentary]

Propter quid igitur [illegible commentary]

Quoniam autem [illegible commentary]

Omnia autem non [illegible commentary]

Et non studiosum [illegible commentary]

Adhuc persequuntur [illegible commentary]

Cum autem sit ... [illegible]

Victum autem ... [illegible]

Melancolici autem ... [illegible]

sibi ipsis sunt quedam [illegible]. Et in quibus quidem incontinentes non increpabile quia nocivas sunt, cum non habeant altera in quibus gaudent et si querunt recreari propter assiduum laborem non est unde assumere alterum in quibus gaudent et neutrum pluribus. Et in multis esse propter naturam. Semper enim laborat animal quemadmodum et naturales sermones testantur, videre audire dicentes esse triste. Sed iam assueti sumus ut aiunt. Similiter autem in iuventute quidem propter augmentationem quemadmodum vinolenti disponuntur et delectabile iuventus. Melancolici autem secundum naturam indigent semper medicina. Et enim corpus propter complexionem corrosivum est patiens et semper in appetitu vehementi sunt. Expellit autem delectatio tristitiam et que contraria et que contingens si sit fortis. Et propter hoc intemperati et pravi fiunt. Que autem sine tristitia non habent superhabundantiam. Hec autem que natura delectabilium et non secundum accidens. Dico autem secundum accidens delectabilia medicativa. Quoniam enim accidit sanari sufficiente sano operante aliquid propter hoc delectabile videtur esse. Natura autem delectabilia que faciunt actum talis nature. Non semper autem nullum delectabile idem propter non simpliciter esse nostram naturam sed esse aliquid et alterum secundum quod corruptibilia. Quare si quid alterum agat hoc alteri nature preter naturam. Cum autem adequetur neque triste videtur neque delectabile quod agitur. Quoniam si alicuius natura simplex sit semper eadem actio delectabilissima erit. Propter quod deus semper unam et simplicem gaudet delectationem. Non enim solum motus est operatio sed et immobilitatis, et delectatio magis in quiete est quam in motu est. Transmutatio autem omnium dulcissimum secundum poetam propter maliciam quamdam. Quemadmodum enim homo facile transmutabilis malus, et natura que indiget transmutatione. Non enim simplex neque epiikes. De continentia quidem igitur et incontinentia et delectatione et tristitia dictum est, et quid unumquodque et qualiter hec quidem bonorum ipsorum sunt, hec autem malicia. Iam autem et de amicitia dicemus. ~~octavus liber~~

Non semper ... [illegible]

Transmutatio autem ... [illegible]

Post hec autem de amicitia sequitur utique pertransire. Est enim virtus quedam vel cum virtute. Adhuc maxime necessarium in vitam. Sine amicis enim nullus utique eliget vivere habens reliqua bona omnia. Et enim divitibus et principatus et potentatus possidentibus videtur amicis maxime esse opus. Que enim utilitas talis bone fortune ablato beneficio quod fit maxime et laudabilissime ad amicos, vel quomodo utique servabitur et salvabitur sine amicis. Quanto enim maior tanto magis periculosa. Inopia quoque et

Post hec autem ... [illegible]

Adhuc maxime ... [illegible]

Inopia quoque ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

liquis infortuniis solum existimant refugium esse amicos. Et iuvenibus autem ad impeccabile, et senibus ad famulatum et ad deficientia actionis propter debilitatem adiutorium, hiis qui in vigore ad bonas actiones. Sil cum enim duo venientes. Et intelligere et agere potentiores. Naturaliter quoque inesse videtur generanti ad genitum, non solum hominibus sed in volatilibus et pluribus animalium, et hiis qui eiusdem gentis adinvicem, et maxime hominibus, unde et philantropos laudamus. Videbit autem utique aliquis et in erroribus ut familiare omnis homo homini et amicum. Videtur autem et civitates continere amicitia, et legispositores magis circa ipsam student quam iusticiam. Concordia enim simile aliquid amicitia videtur esse, hanc autem maxime appetunt, et contentionem inimicam existentem maxime expellunt. Et amicis quidem existentibus nichil opus est iusticia, iusti autem existentes indiget amicitia, et iustorum maxime quod amicabile esse videtur. Non solum autem necessarium est sed et bonum. Philophilos enim laudamus; philophilia quoque videtur bonorum aliquid esse, et quidam eosdem existimant viros bonos esse et amicos.

[illegible]

[illegible]

Dubitantur autem de ipsa non pauca. Hii quidem enim similitudinem quandam ponunt ipsam et similes amicos, unde simile aiunt ut simile et coloium ad coloium, et quecumque talia. Hii autem ex contrarietate figulos omnes tales adinvicem aiunt esse. Et de ipsis superius querunt et naturalius, Euripides quidem dicens desiderare quidem pluvia terram siccata, desiderare autem venerabile celum repletum pluvia cadere in terram; et Eraclitus contrarium conferens, et ex differentibus optimam armoniam, et omnia secundum litem fieri. Ex contrarietate autem hiis alii et Empedocles; simile enim simile appetit. Naturalia quidem igitur questionum relinquantur, non enim proprie presentis intentionis. Quecumque autem sunt humana et convenientia ad mores et passiones, hec intendamus, puta utrum in omnibus fit amicitia, vel non possibile malos existentes amicos esse, et utrum una species amicitie est vel plures. Unam quidem enim existimantes quoniam recipit magis et minus, non sufficienti crediderunt signo; recipiunt enim magis et minus et altera specie. Dictum est autem de ipsis superius.

Capitulum 2m

Forte autem de ipsis fiet manifestum cognito amabili. Videtur enim non omne amari, sed amabile. Hoc autem esse bonum, vel delectabile, vel utile. Videbitur autem utique utile esse per quod fit bonum aliquid vel delectatio. Quare amabilia utique erunt et bonum et delectabile ut fines. Utrum igitur bonum amant, vel quod ipsis bonum dispiciat.

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

8 Iuvenum autem amicitia [illegible]

9 Etate autem [illegible]

Perfecta autem [illegible]

fiunt. Iuvantur enim fiunt delectabiles in quantum habent spem boni. Insuper autem et peregrinam ponunt. Iuvenum autem amicitia propter delectationem esse videtur. Secundum passionem enim isti vivunt et maxime persequuntur delectabile sibi ipsis et presens. Etate autem transeunte et delectabilia fiunt altera. Propter quod velociter fiunt amici et quiescunt. Simul enim cum delectabili amicitia transmutatur. Talis autem delectationis velox transmutatio. Amativi autem iuvenes. Secundum passionem enim et propter delectationem multum amative. Propter quod amant et cito quiescunt, multotiens eadem die transmutantes. Permanere autem per diem et convivere isti volunt. Fit enim ipsis quod secundum amicitiam sic. Perfecta autem est bonorum amicitia et secundum virtutem similium. Isti enim bona similiter adinvicem volunt, secundum quod boni. Boni autem sunt secundum se ipsos. Volentes autem bona amicis illorum gratia maxime amici. Propter se ipsos enim sic habent et non secundum accidens. Permanet igitur horum amicitia usque quo utique boni sunt. Virtus autem mansivum. Et est uterque simpliciter bonus et amico. Boni enim et simpliciter boni et adinvicem utiles. Similiter autem et delectabiles. Boni enim et simpliciter delectabiles et adinvicem. Unicuique enim secundum delectationem sunt proprie actiones, et tales bonorum autem tales aut similes. Talis autem amicitia mansiva rationabiliter est. Copulat enim in ipsa omnia quecumque amicis existere oportet. Omnis enim amicitia propter bonum est vel propter delectationem, vel simpliciter vel amanti, et secundum similitudinem quandam. Huic autem omnia existunt dicta secundum se ipsos. Hac enim similes et reliqua. Quod simpliciter bonum et delectabile simpliciter est. Amabilia autem maxime utique hec. Et amare autem et amicitia in hiis maxime et optima. Raras autem verisimile tales esse. Pauci enim tales. Adhuc autem indiget tempore et consuetudine. Secundum proverbium enim non est scire adinvicem antequam sales consumant. Neque acceptare utique prius neque esse amicos antequam uterque utrique appareat amabilis et credatur. Qui autem cito adinvicem amicabilia faciunt, volunt quidem amici esse, non sunt autem si non et amabiles et hoc sciant. Voluntas quidem enim velox amicitie fit, amicitia autem non. Hec igitur et secundum tempus et secundum reliqua perfecta est et secundum omnia hec fit et similia utrique ab utroque, quod oportet amicis existere.

Ca[pitulu]m 3m

Que autem propter delectabile similitudinem huius habet. Et enim boni delectabiles adinvicem. Similiter autem et que propter utile. Et enim tales adinvicem boni. Maxime autem et in hiis amicitie permanent cum equale fiat ab invicem, puta delectatio, et non solum sic, sed et ab eodem, quale eutrapelis, et non ut amatori et amato. Non

4 Volentes autem [illegible]

12 Permanet igitur [illegible]

13 Et est uterque [illegible]

Similiter autem [illegible]

14 Raras autem [illegible]

Qui autem cito [illegible]

Que autem propter [illegible]

[illegible commentary]

Nichil enim sic est amicorum ut convivere / utilitate quidem enim indigentes / appetunt convivari autem sunt propter eciam beati. Solitariis quidem enim esse hiis nequaquam convenit. Convivari autem ad invicem non est / non delectabiles existentes neque gaudentes eisdem, quemadmodum que videtur sodalis. Maxime quidem igitur est amicicia que bonorum quemadmodum multotiens dictum est. Videtur enim amabile quidem et eligibile quod simpliciter bonum vel delectabile, unicuique autem quod ipsi tale. Bonus autem homo propter ambo hec. Assimilatur autem amacio quidem passioni, amicicia autem habitui. Amacio enim non minus ad inanimata est. Redamant autem cum electione, electio autem ab habitu, et bona volunt amatis illorum gratia non secundum passionem sed secundum habitum. Et amantes amicum quod ipsis bonum amant / bonus enim amicus factus / bonum fit cui amicus / utrique igitur amat et quod ipsi bonum / et equale retribuit voluntati et specie / Dicitur enim amicicia equalitas. Maxime utique et in bonorum hec existunt. In senioribus autem et austeris minus fit amicicia, quanto magis discoli sunt et minus colloquiis gaudent / hec enim maxime videntur esse amicabilia et factiva amicicie / propter quod iuvenes quidem fiunt amici cito, senes autem non. Non enim amici quibus utique non gaudent / similiter autem neque austeri. Sed tales quidem benivoli sunt ad invicem. Volunt enim bona et obviant ad necessitates / amici autem non omnino sunt propter non convivari neque gaudere ad invicem / que utique maxime esse videntur amicabilia. Multis autem esse amicum secundum perfectam amiciciam non contingit / quemadmodum neque amare multas simul / assimilatur enim superhabundancie. Tale autem ad unum natum est fieri. Multos autem simul eidem placere valde non facile, forte autem neque bonum esse. Oportet autem et experienciam accipere et in consuetudine fieri, quod omnino difficile. Propter utile autem et delectabile multos placere contingit / multi enim tales et in pauco tempore ministraciones. Horum autem magis videtur amicicia que propter delectabile, cum eadem ab ambobus fiant / et gaudeant ad invicem vel eisdem, quales iuvenum sunt amicicie. Magis enim in hiis quod liberale. Que autem propter utile negociatorum. Et beati autem utilibus quidem non indigent, delectabilibus autem. Convivere enim volunt aliquibus. Triste autem pauco quidem tempore ferunt / continue autem nullus utique sustinebit / neque ipsum bonum si triste ipsi erit. Propter quod amicos delectabiles querunt. Oportet autem forte et bonos tales existentes et adhuc et ipsis sic. Enim ipsis existent que oportet amicis. Qui autem in potestatibus divisis videntur uti amicis / alii enim ipsis sunt utiles / et alii delectabiles, ambo autem idem non omnino. Neque

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible commentary]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

enim delectabiles cum virtute querunt neque utiles in bona. Sed hos quidem eutrapelos
delectabile appetentes, hos autem deinos operari quod preceptum est; hec autem non omnino fiunt
in eodem. Delectabilis autem et utilis simul dictum est quoniam studiosus. Sed superexcellenti
non fit talis amicus, si non et virtute superexcellet. Si autem non, non adequatur secundum
analogiam superexcessu. Non omnino autem consueverunt tales fieri. Sunt autem que dicte amicicie
in equalitate; eadem enim fiunt ab ambobus et volunt ad invicem, vel alterum
pro altero commutant, puta delectacionem pro utilitate. Quoniam autem minus sunt hee amicicie
et manent, dictum est. Videntur autem et propter similitudinem et dissimilitudinem eiusdem et
non esse amicicie. Secundum similitudinem enim eius que secundum virtutem videntur
amicicie; hec quidem enim delectabile habet, hec autem utile, existunt autem illi. Eo autem
quod hec quidem impermutabile et mansiva est, hec autem velociter transmutantur, et
differre multis, non videntur amicicie propter dissimilitudinem illius. Tractatus 29

Altera autem amicicie est species que secundum superexcellentiam, puta patri ad filium
et totaliter seniori ad iuniorem, viro quidem ad uxorem et omni principanti
ad subiectum. Differunt autem hee et ad invicem. Non enim eadem parentibus ad filios
et principantibus ad subiectos. Sed neque patri ad filium et filio ad patrem, neque viro ad uxorem
et uxori ad virum. Altera enim cuique horum virtus et opus, altera autem et propter
que amant. Altere igitur et amaciones et amicicie. Eadem quidem utique neque fiunt
utrique ab utroque neque querere oportet. Cum autem parentibus quidem filii tribuunt que oportet genitoribus,
parentes autem filiis que oportet filiis, mansiva talium et epiikes erit amicicia. Ana-
logon autem in omnibus secundum superexcellentiam existentibus amiciciis et ama-
cionem oportet fieri, puta meliorem magis amari quam amare, et utiliorem, et aliorum
unumquemque similiter. Cum enim secundum dignitatem amacio fiat, tunc fit aliqualiter
equalitas, quod utique amicicie esse videtur. Non similiter autem equale in iustis et
amicicia videtur habere. Est enim in iustis quidem equale primo quod secundum dignitatem,
quod autem secundum quantitatem secundo; in amicicia autem quod quidem secundum quantitatem primo, quod autem secundum dignitatem
secundo. Manifestum autem si multa distancia fiat virtutis vel malicie vel superhabundancie
vel alicuius alterius. Non enim adhuc amici sunt, sed neque dignificant. Manifestissimum
autem in diis. Plurimum enim isti omnibus bonis superexcellunt. Manifestum autem
et in regibus; non enim hiis dignificant esse amici qui multum deficientes

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

neque optimis vel sapientissimis qui nullo digni. Certa quidem igitur in talibus non est diffinitio usque quo amici. multis enim ablatis adhuc manet. multum autem divisi puta deo non adhuc. Unde et dubitatur ne forte non volunt amici amicis maxima bonorum, puta deos esse. Non enim adhuc amici erunt ipsis neque utique bona amici enim bona. Si itaque bene dictum est quoniam amicus amico vult bona illi gratia manebit utique qualis aliquis est ille. Homini autem enti volet maxime esse bona. Forte

Ca. 2

autem non omnibus sibi ipsi enim maxime unusquisque vult bona. Multi autem videntur propter amorem honoris velle amari magis quam amare. Propter quod amatores adulatores multi. Superexcessus enim amicus adulator vel fingit talis et magis amare quam amari. Amari autem prope esse videtur ei quod honorari quod utique multi appetunt. Non propter seipsum autem videntur desiderare honorem sed secundum accidens. Gaudent enim multi ab hiis qui in potestatibus honorari propter spem. existimant enim adipisci ab ipsis si quid indigent ut tamquam signo bone passionis gaudent honore. Ab epieikibus autem et scientibus appetentes honorem firmare propriam opinionem de ipsis appetunt. gaudent utique sunt boni credentes dicentium iudicio. In amari autem secundum seipsum gaudent. propter quod videbitur utique melius esse eo quod est honorari et amicitia secundum seipsam eligibilis esse. Videtur autem in amare magis quam in amari esse. Signum autem matres eo quod est amare gaudentes.

Quedam enim dant filios suos nutrire et amant cognoscentes redamari autem non querunt si utrique non contingat. sed sufficiens ipsis videtur esse si videant bene operantes. et ipse amat ipsos. Et si illi nihil tribuunt matri que convenit propter ignorantiam. Magis autem amicitia existente in amare et amatoribus laudatis amicorum virtus amare videtur. Quare in quibus hoc fit secundum dignitatem isti mansivi amici et talium amicitia. Sic autem utique et inequales maxime erunt amici. equabuntur enim. equalitas autem et similitudo amicitia et maxime quidem horum que secundum virtutem similitudo. mansivi enim existentes secundum seipsos et ad invicem manent et neque indigent pravis neque ministrant talia sed ut dicere contingit et prohibent. bonorum enim est neque ipsos peccare neque amicis concedere ministrare. Mali autem firmum quidem non habent. neque enim sibi ipsis permanent similes existentes. In paucum enim tempus fiunt amici gaudentes ad invicem malicia. Utiles autem et delectabiles in plus permanent. Usque enim utique tribuant delectationes vel utilitates ad invicem.

Ex contrariis autem maxime quidem videtur propter utile fieri amicitia puta pauper diti indisciplinatus

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Videtur autem [illegible] quo attendit [illegible] [illegible]

[illegible]

sciendi. Quo enim existit aliquis indigens, hoc appetens redonat aliud. Huc autem utique aliquis attrahet et amatorem et amatum et pulchrum et turpem; propter quod videntur amatores ridiculi quandoque indignificantes amari ut amant. Similiter quidem amabiles existentes equaliter forte dignificandum, nichil autem tale habentes ridiculum. Forte autem neque appetit contrarium contrario secundum se ipsum, sed secundum accidens; appetitus autem medii est. Hoc enim bonum, puta sicco non humidum fieri, sed ad medium venire, et calido et aliis similiter. Hec quidem igitur dimittantur; etenim est magis aliena.

Ca^m 3^m

Videtur autem quemadmodum in principio dictum est circa eadem et in eisdem esse et amicitia et iustum. In omni enim communicatione videtur aliquod iustum esse et amicitia. Compellant igitur ut amicos connavigatores et commilitones. Similiter autem et eos qui in aliis communicationibus. Secundum quantum autem communicant, in tantum est amicitia; etenim iustum. Et proverbium: communia que amicorum, recte. In communicatione enim amicitia. Sunt autem fratribus et compatriotis omnia communia, aliis autem discreta, et his quidem plura, his autem minora. Et enim amicitiarum hee quidem magis, hee autem minus. Differunt autem et iusta. Non enim eadem parentibus ad filios et fratribus ad invicem, neque compatriotis et civibus. Similiter autem et in aliis amicitiis. Altera itaque et iusta ad singulos horum. Et augmentationem accipiunt in magis amicos esse, puta pecunias spoliare compatriotam dirius quam civem, et non iuvare fratrem quam extraneum, et percutere patrem quam quemcumque alium. Augmentari autem natum est simul amicitie et iustum, ut in eisdem entia et adequale protingentia. Communicationes autem omnes particulis assimilantur politice. Conveniunt enim in aliquo conferente, et tribuentes aliquid eorum que ad vitam. Sed et politica communicatio conferentis gratia videtur et ex principio convenire et permanere. Hoc enim et legispositores coniectant, et iustum dicunt esse quod communiter confert. Alie quidem igitur communicationes secundum partes conferentis appetunt: navigatores quidem quod secundum navigium ad operationem pecuniarum vel aliquid talium, commilitones autem quod secundum bellum, sive pecunias sive victoriam sive civitatem appetentes. Similiter autem et contribules et plebei. Quedam autem et communicationum propter delectationem videntur fieri, coreuthantium et [illegible]. Hec enim gratia sacrificii et connubii. Omnes autem hec sub politica esse videntur. Non enim presentis conferentis politica appetit, sed in omnem vitam. Et sacrificia facientes et circa hec congregationes, honores tribuentes diis, et sibi ipsis requiem acquirentes cum delectatione. Antiqua enim sacrificia et congregationes videntur fieri post fructuum collectiones, puta primitie. Maxime enim in hiis vacabant temporibus. Omnes

2 Sunt autem [illegible]

3 Differunt autem [illegible]

4 Et augmentationem [illegible]

6 Communicationes autem [illegible]

7 [illegible]

Quedam autem [illegible]

8 Omnes autem [illegible]

Nota de speciebus politie

Politie autem sunt species tres et cetera. [illegible]

Harum autem optima et cetera. [illegible] 1

Transgressio autem regni et cetera. [illegible] 2

[illegible] 3

Ex aristocratia autem et cetera. [illegible] 4

Ex timocratia autem et cetera. [illegible] 5

Similitudines autem et cetera. [illegible] 6

Viri autem et uxoris et cetera. [illegible] 7

Timocratica autem et cetera. [illegible] 8

utique communicationes videntur particule politice esse. Consequentur autem tales amicitie
talibus communicationibus. Politie autem sunt species tres, equales autem et transgressiones
puta corruptiones harum. Sunt autem politie quidem regnum et aristocratia, tertia autem que
a pretiis quam timocraticam dicere conveniens videtur, politiam autem consueverunt ipsam plures
vocare. Harum autem optima quidem regnum, pessima autem timocratia. Transgressio autem regni
quidem tyrannis. Ambe enim monarchie, differunt autem plurimum. Tyrannus quidem enim sibi ipsi
conferens intendit, rex autem quod subditorum. Non enim est rex qui non per se sufficiens et
omnibus bonis superexcellens. Talis autem nullo indiget. Utilia igitur sibi ipsi quidem non utique
intendet sed subditis. Qui enim non talis clerotes utique quidem erit magis quam rex. Tyrannus
autem ex contrarietate huic: sibi enim bonum persequitur. Et manifestius in hac quam pessima. Et
pessimum autem contrarium optimo. Transgreditur autem ex regno in tyrannidem. Pravitas enim mon-
archie tyrannis. Ex aristocratia autem in oligarchiam malitia principum qui tribuunt que
civitatis preter dignitatem et omnia vel plurima bonorum sibi ipsis, et principatus semper
eisdem de plurimo facientes ditari. Pauci igitur principantur et mali pro his qui maxime
epieikes. Ex timocratia autem in democratiam. Conterminales enim sunt hee. Multitu-
dinis enim vult et timocratia esse, et equales omnes qui in honoratione. Minime vero
malum est democratia. In parvum enim transgreditur politice speciem. Transmutant quidem
igitur maxime sic politie. Minimum enim sic et facillime transgrediuntur. Similitudines
autem ipsarum et velud exemplum accipiet aliquis utique et in domibus. Patris quidem enim
ad filios communicatio regni habet figuram. Filiorum enim patri est cura. Hinc autem et Homerus Iovem
patrem appellat. Paternus enim principatus vult regnum esse. In Persis autem qui patris ty-
rannicus. Utuntur enim ut servis filiis. Tyrannica autem et que domini ad servos. Domini enim con-
ferens in ipsa operatur. Hec quidem igitur rectus videtur, persicus autem peccat. Differentium enim prin-
cipatus differentes. Viri autem et uxoris aristocraticus videtur. Secundum dignitatem enim
vir habet et talibus que oportet virum. Quecumque autem uxori congruunt, illi reddit. Omnium autem dominans
vir in oligarchiam transponit. Preter dignitatem enim ipsum facit et non secundum quod melius.
Quandoque autem principantur uxores heredes existentes. Non itaque fiunt secundum virtutem principatus
sed propter divitias et potentiam, quemadmodum in oligarchiis. Timocraticus autem videtur
qui fratrum. Equales enim, tamen in quantum etatibus differunt. Propter quod si multum etatibus
non adhuc fraterna fit amicitia. Democratia autem maxime quidem in inhabitis que sine domino

[illegible commentary, left column and top of right column]

habitatorum. Est enim omnis ex equali, et in quibus debilis qui principatur et dominans
potestas. Secundum unamquamque autem urbanitatem amicitia videtur in quantum et iustum. Regi
quidem ad subiectos in superhabundantia beneficii. Benefacit enim subditis, siquidem bonus
ens curam habet ipsorum ut bene operentur quemadmodum pastor ovium. Unde et Homerus
Agamemnona pastorem populorum dixit. Talis autem et paterna. Differt autem magnitudine
beneficiorum. Causa enim essendi existimatur maxime esse, et nutrimenti et discipline;
et progenitoribus hec attribuuntur. Et natura enim principativum pater filiorum, et progenitores
nepotum, et rex subditorum. In superexcessu autem amicitie hee, propter quod et honorantur
parentes. Et iustum utique in hiis non idem, sed secundum dignitatem. Sic enim et amicitia.
Et viri ad uxorem eadem amicitia et in aristocratia. Secundum virtutem enim meliori plus
bonum, et quod conveniens unicuique. Sic autem et iustum. Que autem fratrum etayrice assimilatur. Equales
enim et coetanei. Tales autem ut in multum consimiles passionibus et moribus. Assimilatur
utique huic et que secundum timocratiam. Equales enim cives volunt et epiikees
esse, in parte utique principari et ex equali. Sic utique et amicitia. In transgressionibus
autem quemadmodum et iustum in parvum est, sic et amicitia est, et in pessima minimum.
In tyrannide enim nulla vel parum amicitie. In quibus enim nichil commune est principanti et principato,
neque amicitia, neque enim iustum. Sed velut artifici ad organum et anime ad corpus et
domino ad servum. Iuvantur quidem enim hec ab utentibus. Amicitia autem non est ad
inanimata, neque iustum. Sed neque ad equum vel bovem, neque ad servum secundum quod servus.
Nichil enim commune est. Servus enim animatum est organum, organum autem inanimatus servus. Secundum quidem igitur quod servus
non est amicitia ad ipsum, secundum autem quod homo. Videtur enim esse aliquod iustum omni homini ad omnem
potentem communicare lege et compositione, et amicitia utique secundum quantum homo. In parvum utique et
in tyrannidibus amicitie et iustum. In democratiis autem in plurimum. Multa enim communia equalibus.

In communicatione quidem igitur omnis amicitia est quemadmodum dictum est. Distinguet
autem utique aliquis et cognatam et etayricam. Politice autem et
tribulice et que navigantium et quecumque tales communicativis assimilantur magis.
Velut enim secundum confessionem quandam videntur esse. In hiis autem ordinabit utique aliquis et
hospitalem. Et cognata autem videtur multiformis esse et dependere omnis a paterna. Paren-
tes enim diligunt filios ut sui ipsorum aliquid existentes. Magis autem sciunt parentes
que ex ipsis quam geniti quoniam ex illis. Et magis coappropriantur quod a quo genito

[illegible commentary]

[illegible]

ipsum facienti. Quod enim ex ipso proprium ei a quo, puta dens vel capillus vel quodcumque;
sunt illi autem nihil a quo vel minus. Et multitudine temporis: hii quidem enim confestim
natos diligunt, hii autem procedentibus temporibus parentes intellectum vel sensum accipien-
tes. Ex hiis autem manifestum propter que amant magis matres. Parentes quidem filios
diligunt ut se ipsos. Que enim ex ipsis velut alteri ipsi in separari. Filii autem parentes ut ab illis
nati. Fratres autem adinvicem ex eisdem nati. Ad illa enim identitas adinvicem idem facit.
Propter quod aiunt idem sanguinem et radicem et talia. Sunt autem idem aliqualiter et in divisis.
Magnum autem ad amicitiam et connutritio et que secundum etatem. Coetaneus enim coetaneum, et
qui consuetis moribus etheri. Propter quod et fraterna etherayrice assimilatur. Nepotes autem et reliqui
cognati ex hiis coniunguntur. Ab eisdem enim esse. Sunt autem hii quidem proximiores,
hii autem magis alieni per ipsum vel longe principale esse. Est autem ad parentes quidem amici-
tia filiis et hominibus ad deos ut ad bonum et superexcellens. Bene enim fecerunt maxime:
essendi enim et nutriendi cause et natis eius quod est disciplinari. Habet autem delecta-
bile et utile talis amicitia magis alienorum, quanto et communior vita ipsis est. Sunt
autem et in fraterna que quidem et in etayrica, et magis in hiis qui epieikees, et totaliter
similibus, quanto propinquiores et a nativitate diligentes adinvicem; et ut
magis consuetis moribus qui ex eisdem et connutriti et disciplinati similiter; et secundum tempus
probatio plurima et firmissima. Analogum autem et in reliquis cognatorum amicabilibus. Viro
autem et uxori videtur amicitia secundum naturam existere. Homo enim in natura coniugale
magis quam politicum, quanto prius et necessarium magis domus
civitate, et filiorum procreatio communis aliis animalibus. Aliis quidem igitur in tantum communicatio est,
hi autem non solum procreationis filiorum gratia cohabitant, sed et eorum que in vitam. Confestim
enim divisa sunt opera, et sunt altera viri et uxoris. Sufficiunt igitur adinvicem ad com-
munia ponentes propria. Propter hec autem et utile esse videtur et delectabile in hac amicitia. Erit autem
utique et propter virtutem, si epieikees sint. Est autem utriusque virtus, et gaudebunt utique tali.
Coniunctio autem filii videntur esse. Propter quod citius steriles dissolvuntur. Filii enim commune
bonum ambobus. Continet autem quod commune. Qualiter autem convivendum viro ad uxorem, et totaliter
amico ad amicum, non aliud videtur querere quam qualiter iustum. Non enim idem videtur
tractatus 39 amico ad amicum et ad extraneum et etayrum et condiscipulum. Tribus utique existentibus
amicitiis, quemadmodum in principio dictum est, et secundum unamquamque hiis quidem

Nepotes [illegible]

Est autem ad parentes [illegible]

Habet autem [illegible]

Sunt autem [illegible] 6

Analogum autem [illegible] 7

Viro autem [illegible] 8

[illegible] 9

Analogum [illegible] 10

Propter hec autem [illegible] 11

Coniunctio autem [illegible] 12

Qualiter autem [illegible]

Tribus utique [illegible] tractatus 39 [illegible]

3 [illegible commentary paragraph]

[illegible commentary paragraph] 2

[illegible commentary paragraph]

[illegible commentary paragraph]

[illegible commentary paragraph]

[illegible commentary paragraph]

[illegible commentary paragraph]

Inequalitate amicias contendentibus. Hiis autem secundum superexcellentiam. Etenim similiter boni fiunt amici et melior deteriori. Similiter autem et delectabiles. Et propter utile equales et analogum superexcellentiis differentes. Fiunt accusationes et querele in ea que secundum utile amicitia vel sola vel maxime rationabiliter. Qui quidem enim propter virtutem amici existunt bene operari ad invicem prompti sunt. Hoc enim virtutis et amicitie. Ad hoc autem contendentium non sunt accusationes neque pugne. Amantem enim et bene facientem nullus tristatur, sed si sit gratiosus retribuit bene operans. Superexcellens autem patiens quod appetit non utique accusabit amicum. Utroque enim boni appetit. Non omnino autem neque in hiis qui propter delectationem. Simul enim ambobus fit quod appetunt, si in convivendo gaudent. Ridiculus autem utique videbitur accusans non delectantem, cum possit non convivere. Que autem propter utile accusatoria. Utilitate enim utentes ad invicem semper plurium indigent et minus habere existimant quam conveniens, et accusant quoniam non quantis indigent tantis sortiuntur digni existentes. Benefacientes autem non possunt sufficere tantis quantis patientes indigent. Videtur autem quemadmodum iustum est duplex, hoc quidem non scriptum, hoc autem secundum legem, et eius que secundum oportunum utilitatis hec quidem moralis, hec autem legalis esse. Fiunt igitur accusationes maxime cum non secundum eandem commutabunt et dissolvunt. Est autem legalis quidem que in dictis. Hec quidem omnino venalis ex manu in manum. Hec autem liberalior in tempore, secundum confessionem autem quid pro quo. Manifestum autem in hac debitum et non ambiguum, amicabilem autem dilationem habet. Propter quod apud quosdam horum non sunt iustitie, sed existimant oportere eos diligere qui secundum fidem commutant. Moralis autem non in dictis, sed ut amico donat vel quodcumque aliud. Reportare autem dignificat equale vel plus, ut non dans sed accommodans. Non similiter autem commutans et dissolvens accusabit. Hoc autem accidit propter velle quidem omnes vel plures bona, eligere autem utilia. Bonum autem benefacere non ut retribuatur, utile autem beneficiatum esse. Potenti autem retribuendum secundum dignitatem eorum que passus est et sponte. Nolentem enim amicum non faciendum, ut utique peccantem in principio et bene patientem a quo non oportuit. Non enim ab amico neque propter ipsum hoc operante. Quemadmodum igitur in dictis beneficiatum dissolvendum. Et concedet utique si potens reddere. Impotentem autem neque dans dignificabit utique. Quare si potens reddendum. In principio autem intendendum a quo beneficiatur et in quo, ut in hiis sustineat vel non. Dubitationem autem habet utrum oportet patientis utilitate mensurare et hanc facere redditionem, vel operantis beneficio.

[illegible marginal glosses]

VIII

8 [illegible commentary: "Sed quia ... utile ... "]

9 [illegible commentary]

patientes quod enim talia aut accipere a beneficiis que parua erant vel recipere
ab aliis accipere pmisitantes. Sim quod eque maxima eorum que apud ipsos et
que ab aliis non erant. et in periculis vel talibus necessitatibus. In propter utile quidem
amicitia existente. patientis utilitas mensura est. Iste enim indigens et sufficit
ipsi ut equales. Tantum igitur adiutorium quantum iste minat et reddendum quod ipsi
quantum accepit et plus. Melius enim. In hiis autem que secundum virtutem accusationes quidem
non sunt. mensure quod assimilatur operantis electio. virtutis enim et moris electione principale.

Differunt enim in hiis que secundum superexcellentiam amicitiis. Dignificat quod utique plus habere ... ac hoc fiat dissolvitur amicitia. Estimat
enim melior convenire ipsi plus habere. bono enim tribui plus. Similiter autem et utilior.
In utile enim existente non aiunt oportere equale habere. ministratorium enim fieri et non
amicitia. si non secundum dignitatem operum erunt que ex amicitia. existimant enim
quemadmodum in pecuniarum communicatione plura accipiunt conferentes plus sic oportere et in amicitia. Indigens autem et deterior econverso. amici enim boni esse
sufficere indigentibus. Quid enim aiunt utile studioso vel potenti amicum esse
nichil recepturum. Videtur autem utique recte dignificare. et oportere utique plus
tribuere ex amicitia. non eodem. sed superexcellenti quidem honoris. indigenti autem
lucri. Virtutis quidem enim et beneficii honor retributio. indigentie autem auxilium
lucrum. Sic autem habere hoc et in urbanitatibus videtur. Non enim honoratur qui
nullum bonum communi tribuit. Commune enim datur ei qui commune benefaciat. honor autem
commune. Non enim est simul ditari a communibus et honorari. In omnibus enim minus nequaquam
sustinet. ei autem qui circa pecunias minoratur honorem tribuunt. et dona expectanti
pecunias. Quod secundum dignitatem enim adequat et salvat amicitiam quemadmodum
dictum est. Sic itaque et inequalibus associandum. et ei qui in pecuniis utilis
est vel in virtute. honorem reddendum. retribuentem que contingit. Possibile enim
amicitia requirit non quod secundum dignitatem. Neque enim est in omnibus. quemadmodum
in hiis que ad deos honoribus et parentes. Nullus enim secundum dignitatem utique
retribuet. Propter quod utique videbitur non licere filio patrem abnegare. patri autem filium. Debentem enim reddendum. Nichil autem faciens dignum eorum que suscepit fuerit operatus est. Quare semper

[illegible commentary: "Deinde autem ..."]

[illegible commentary: "Existimat autem ..."]

[illegible commentary: "Indigens autem ..."]

[illegible commentary: "Videtur autem ..."] pa

[illegible commentary] 2

[illegible commentary] 3

[illegible commentary] X

[illegible commentary: Cuiusque autem non fit conventio, ...]

temporibus sunt. Ipsi quidem igitur quod accipiebant mercedem non facientes. Convenienter in accusationibus sunt. Quibus autem non fit conventio ministrationis, hii quidem propter se ipsos antedantes, dictum est quoniam inaccusabiles. Talis enim secundum virtutem amicitia. Et retributionem faciendum secundum electionem. Hec enim amici et virtutis. Sic autem videtur et philosophia communicantibus. Non enim ad pecunias dignitas mensuratur, honorque ex adverso non utique fiet. Sed forte sufficiens quemadmodum ad deos et parentes contingens. Non talis autem existente datione sed in aliquo, maxime quidem forte oportet retributionem fieri visam ambobus secundum dignitatem esse. Si autem hoc non accidat, non solum necessarium esse videbitur utique prehabentem ordinare sed et iustum. Quantum enim utique iste adiutus est vel quanto delectationem vellet utique, tantum recipiens habebit ab hoc dignitatem. Et enim in emptoribus sic videtur fieri. Alicubi autem sunt leges voluntariorum commutationum iudicia non esse, ut oportunum cui credidit dissolvi ad hunc quemadmodum communicavit. Cui enim commissum est, hunc existimat iustius esse ordinare eo qui commisit. Multa enim non equali appreciantur habentes et volentes accipere. Propria enim et que dant singulis videntur multo digna. Sed tamen retributio fit ad tantum quantum utique ordinant accipientes. Oportet autem forte non tanto appreciari quanto habenti videtur dignum, sed quanto antequam haberet appreciatus est.

Ca. 2m

Dubitationem autem habent et talia, puta utrum omnia oporteat patri attribuere et obedire, vel laboranti quidem medico obediendum, ducem autem constituendum bellicosum. Similiter autem amico magis vel studioso ministrandum, et benefactori reddendum gratiam magis vel amico dandum si ambobus non contingit. Igitur omnia talia certe quidem determinare non facile. Multas enim et omnimodas habent differentias et magnitudine et parvitate et bono et necessario. Quoniam autem non omnia eidem reddenda non immanifestum. Et beneficia quidem retribuendum ut in pluribus magis quam donandum amicis, et quemadmodum mutuum cui debet reddendum magis quam amico dandum. Forte autem neque hoc semper putandum, liberando a latronibus utrum redimentem liberandum, et utique quicumque sit, vel non repetenti autem reddendum, vel patrem liberandum. Videbitur enim utique et se ipso magis patrem. Quod igitur dictum est universaliter quidem debitum reddendum. Si autem superexcedat datio bono vel necessario, ad hoc declinandum. Quandoque enim neque est equale precedentem retribuere, cum hic quidem studiosum sciens

[illegible commentary: Quoniam autem ista ... in qua ostendit qualiter fit recompensatio ...]

[illegible commentary: Dubitationem autem habet ... in qua movet questionem ...]

[illegible commentary: Igitur omnia talia ... in qua solvit dubitationes ...]

[illegible commentary: Et beneficia quidem ... in qua solvit ...]

[illegible commentary: Magis ... beneficium ...]

[illegible commentary: Forte autem ... in qua declarat ...]

Capitulu tcm

Rabet ad dubitacom & d eo q est dysplm amicas ut u adno
manentes sut ad eos quos qm ppe utile ut pp delectabile aucp
eqstut tu no adhuc hoc sciant mchil mgens dysplicet. Illoq em erat
amici quib; defficientib; honabile no amare. Habuit a utiq; aliqs si pp
utile ut pp delectabile amab; simulet sibi pp more. Qz em mpncipio dyers
ples de fiut amicas tu no sibi existimant & sint amici. Cum quis
sepm capiat quib; & suspicetur amari ppe more mchil allo tale opante
ita honorabilig mala opacoe. Tu d acceptet ut bom fiat aut malu et

Utrum igitur confestim ... [illegible] ... dissolvere amicitiam ... [illegible]

Si autem hic quidem permaneat ... [illegible]

et videatur, utrum adhuc amandum, vel non possibile, siquidem non omne amabile
sed bonum, neque oportet amatorem mali esse, neque assimilari pravo. Dictum
est autem quoniam simile simili amicum. Utrum igitur confestim dissolvendum, vel non omnibus sed in-
sanabilibus propter maliciam? Directionem autem habentibus magis adiuvandum ad mores quam
substantiam et amicitie magis proprium. Videbitur autem utique dissolvens nichil in-
conveniens facere. Non enim huic tali amicus erat. Alteratum igitur impotens resalvare
recedit. Si autem hic quidem permaneat, hic autem epieikes magis fiat et multum differat
virtute, utrum utendum amico? Vel non contingit? In magna autem distantia maxime
manifestum fit, puta in hiis que a pueritia amicitiis. Si enim hic quidem perma-
neat puer secundum mentem, hic autem vir sit qualis optimus, qualiter utique erunt
amici, neque placentes eisdem, neque gaudentes et tristati? Neque enim circa adinvicem
hec existunt ipsis. Sine hiis autem non erat amicos esse. Convivere enim non possibile.
Dictum est autem de hiis. Utrum igitur nichil alienius ad ipsum habendum quam si non fuisset amicus
unquam? Vel memoriam habere oportet consuetudinis, et quemadmodum amicis
magis quam extraneis existimamus oportere largiri, sic et factis attribuendum aliquid
propter precedentem amicitiam, cum non propter superhabundantiam malicie dissolutio fiat.

Ca^m 4^m

Amicabilia autem que ad amicos, et quibus amicitie determinantur, vi-
dentur ex hiis que ad se ipsum venisse. Ponunt enim amicum vo-
lentem et operantem bona vel apparentia illius gratia, vel volentem esse et vivere
amicum ipsius gratia, quod matres ad filios passe sunt, et amicorum offensi. Hii autem con-
viventem et eadem eligentem, vel condolentem et congaudentem amico. Maxime autem et hoc
circa matres accidit. Horum autem aliquo et amicitiam determinant. Ad se ipsum autem horum unumquodque
epieikei existit. Reliquis autem secundum quod tales existimant esse. Videtur enim, quemadmo-
dum dictum est, mensura unicuique virtus et studiosus esse. Iste enim consentit sibi ipsi,
et eadem appetit secundum omnem animam, et vult utique sibi ipsi bona et apparentia et operatur;
bonum enim boni elaborare; et sui ipsius gratia. Intellectivi enim gratia, quod unusquisque
esse videtur. Et vivere autem vult se ipsum et salvari, et maxime hoc quo sapit. Bonum
enim studioso esse. Unusquisque autem sibi ipsi vult bona. Fiens autem alius, nullus eligit
omnia habere illud quod factum. Habet enim et nunc deus bonum. Sed ens quid quod aliquando.
Videbitur autem utique intelligens unusquisque esse vel maxime. Et convivere talis sibi

Utrum igitur nichil alienius ... [illegible] ... dissolutio ... [illegible]

Amicabilia autem ... [illegible]

Ponunt autem ... [illegible]

Ad se ipsum autem ... [illegible]

Consentit ... [illegible]

Vivere autem ... [illegible]

Et convivere ... [illegible]

[illegible]

enim habet distensionem neque appetitum, amatio autem hec sequuntur. Et amatio quidem cum consuetudine, benivolentia autem et ex repentino, quemadmodum et circa agonistas accidit. Benivoli enim ipsis fiunt et convolunt, cooperabuntur autem utique nichil. Quod enim diximus, repente benivoli fiunt et superficialiter diligunt.

Videtur utique principium amicitie esse, quemadmodum eius que per visum delectatio. Non enim predelectatus specie nullus amat; gaudens autem specie nichil magis amat, sed cum et absentem desideret et presentiam concupiscit. Sic utique et amicos non possibile esse non benivolos factos. Benivoli autem nichil magis amant. Volunt enim solum bona quibus sunt benivoli. Cooperabuntur autem utique nichil, neque turbantur pro ipsis. Propter quod transferens dicet quis utique ipsam ociosam esse amicitiam, diuturnam autem et in consuetudinem advenientem fieri amicitiam. Non eam que propter utile neque eam que propter delectabile. Non enim benivolentia in hiis fit. Beneficiatus quidem enim pro quibus passus est retribuit benivolentiam iusta operans. Volens autem aliquem bene operari spem habens habundantie per illum non videtur benivolus illi esse, sed magis sibi ipsi, quemadmodum neque amicus si curet ipsum propter quendam usum.

Totaliter autem benivolentia propter virtutem et epiekeiam quandam fit, cum homini bonus quis appareat vel fortis vel aliquid talium, quemadmodum et in agonistis diximus.

Amicabile autem et concordia videtur. Propter quod non est omodoxia. Hec quidem enim et ignorantibus ad invicem existet utique. Neque eos qui de quocumque consentiunt concordare aiunt, puta eos qui de celestibus. Non enim amicabile de hiis concordare. Sed civitates concordare aiunt, cum de conferentibus consentiant et eadem eligant et operentur que opinata. Circa operabilia utique concordant, et horum circa que in magnitudine et contingentia ambobus existere vel omnibus, puta civitates, cum omnibus videatur principatus eligibiles esse, vel compugnare Lacedemoniis, vel principari Pittacum, quando et ipse voluit. Cum autem uterque se ipsum velit, quemadmodum qui in Phenissis contendunt. Non enim concordare sibi ipsi utrumque hoc bene velle quod, sed quod in eodem, puta cum et plebs et epiekes optimos principari. Sic enim omnibus fit quod appetunt. Politica autem amicitia videtur et concordia, quemadmodum et dicitur. Circa conferentia enim est et ad vitam venientia. Est autem talis concordia in epiekesi. Hii enim et sibi ipsis concordant et ad invicem, in eisdem existentes ut dicatur. Talium enim manent voluntates et non refluunt quemadmodum euripus. Volunt que iusta et conferentia. Hec autem et communiter appetunt. Pravos autem non possibile concordare nisi in parvum, quemadmodum et amicos esse, superhabundantiam appetentes in utilibus

[illegible]

[illegible]

Videbitur autem et prius [illegible] ... [illegible]

Benefactores autem [illegible] ... in capitulo [illegible] ... [illegible]

inlaboribus et ministrationibus deficientes, sibi ipsi aliquis conquiescit volens. Et propter hoc

promptum construunt et probabit. Non enim servatum quod proponitur, accidit quod ipsis

contendere aliter quam quod contentes ipsos aliquis non volentes iusta facere. Caya

Benefactores autem beneficiatos videntur magis amare quam bene patien-

tes operantes, et ut sermone racionem fiunt querit. Pluribus quidem igitur videtur

quam hii quidem debent, hiis autem debetur, quemadmodum igitur in mutuis, debentes quidem

volunt non esse quibus debent, accomodantes autem et curant debentium salutem

sic et benefacientes velle esse patientes ut lucrantes gratias, hiis autem non esse curam

reddere. Epicarmus quidem igitur forte utique diceret hec dicere ipsos ex malo viden-

tes, assimilatur autem humane. In memores enim multi et magis bene pati quam facere appe-

tunt. Videbitur autem utique naturalior esse causa, et non similis ei que circa accomodantes.

Non enim est amatio circa illos, sed eius quod salvari voluntas lucri gratia. Benefacien-

tes autem amant et diligunt bene patientes, et si nichil sunt utiles, neque ad posterius fient, utique

quod et in artificibus accidit. Omnis enim proprium opus diligit magis quam diligatur

utique ab opere animato facto, maxime autem forte hoc circa poetas accidit. Superdiligunt enim

isti propria poemata diligentes, quemadmodum filios utique assimilatur et quod benefactorum.

Bene passum enim opus est ipsorum, hoc utique diligunt magis quam opus facientem.

Huius autem causa quoniam esse omnibus eligibile et amabile, sumus autem actu. In vivere

enim et operari, itaque actu faciens opus est quodammodo. Diligit itaque opus quia

et esse. Hoc autem naturale. Simul enim et potentia hoc actu opus indicat. Simul autem benefactori quidem bonum

quod secundum actum, quare gaudet in quo hoc. Patienti autem nichil bonum in operante, sed si quid,

conferens. Hoc autem minus delectabile et amabile. Delectabilis autem est actus presentis quidem, futuri

autem spes, futuri autem memoria. Delectabilissimum autem quod secundum actum et amabile similiter. Huic quidem igitur

qui fecit manet opus, bonum enim durativum. Patienti autem utile transit. Et memoria

bonorum quidem delectabilis, utilium autem non omnino, vel minus. Expectatio autem econtrario habere videtur.

Et amatio quidem factioni assimilatur, amari autem ei quod pati. Et excellentibus autem utique

circa actum sequuntur amare et amicabilia. Adhuc autem que laboriose fiunt

omnes magis diligunt, puta et pecunias possidentes acquisitoribus. Videtur

itaque bene pati quidem illaboriosum esse, benefacere autem opus operosum. Propter hoc autem et matres amatri-

ces magis filiorum. Laboriosior enim generatio, et magis sciunt quod ipsarum. Videbitur

[illegible]

Dicunt utique hec et benefactoribus proprium esse dicere. Capitulum 2 tractatus

Dubitatur autem et utrum oportet amare seipsum maxime vel alium aliquem. Increpant enim eos qui seipsos maxime diligunt, et ut in turpi amatores sui vocant. Videtur autem pravus quidem sui ipsius gratia omnia agere, et quanto utique deterior sit, tanto magis. Accusant itaque ipsum velut quia nihil absque se ipso agit. Epieikes autem propter bonum, et quanto utique melior sit, magis propter bonum, et amici gratia, quod autem sui ipsius pretermittit. Operibus autem hiis sermones dissonant non irrationabiliter. Aiunt enim oportere amare maxime amicum; amicus autem maxime qui vult cui vult bona illius gratia, et si nullus sciet. Hec autem existunt maxime ipsi ad seipsum, et reliqua utique omnia quibus amicus determinatur. Dictum est enim quod ab ipso omnia amicabilia et ad alios pervenerunt. Et proverbia omnia consonant, puta hoc: una anima, et que amicorum communia, et equalitas amicitia, et genu tibie propinquius. Hec enim omnia ad seipsum maxime existunt. Maxime enim amicus sibi ipsi, et amandum itaque maxime seipsum. Dubitatur autem convenienter utris oportet sequi, ambobus habentibus credibile. Forte quidem tales oportet sermones dividere et determinare in quantum utrique et qua vere dicunt. Si itaque accipiamus amans sui qualiter utrique dicunt, forte utique fiet manifestum. In opprobrium quidem igitur ducentes ipsum amatores sui vocant ipsos qui sibi ipsis tribuunt plus in pecuniis et honoribus et delectationibus corporalibus. Hec enim multi appetunt et student circa ipsa ut optima entia, propter quod et contentiosa sunt. Circa hec utique plus habentes largiuntur concupiscentiis et totaliter passionibus et irrationabili anime. Tales autem sunt multi. Propter quod et appellatio facta est a multo pravo existente. Iuste utique sic philautis exprobratur. Quod autem talia sibi ipsis tribuentes consueverunt dicere multi philautos non immanifestum. Si enim quis semper studeat iusta agere ipse maxime omnium vel temperata vel qualiacumque alia eorum que secundum virtutes, et totaliter semper bonum sibi ipsi acquirat, nullus dicet philautum hunc neque vituperabit. Videbitur autem utique talis magis esse philautus. Tribuit enim sibi ipsi optima et maxime bona, et largitur sui ipsius principalissimo, et omnia huic obedit. Quemadmodum autem et civitas principalissimum maxime esse videtur et omnis alia constitutio, sic et homo. Et philautus utique maxime hic diligens et largiens. Et continens utique et incontinens dicitur in tenendo intellectum vel non, ut hoc unoquoque ente. Et egisse

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Quidam dicunt [illegible]

Et autem [illegible]

bona praestabit quibus indigebit studiosus. Et propter quod requiritur utrum in bonis fortuniis
magis opus amicis vel in infortuniis, ut et infortunato indigente benefacientibus
et bene fortunatis, quibus benefaciet. Inconveniens autem forte et hoc solitarium facere beatum.
Nullus enim eliget utique secundum se ipsum omnia habere bona. Politicum enim homo et
convivere aptus natus, et felici utique hoc existit. Quae enim natura bona habet. Palam autem
quod cum amicis et epieikesi melius quam cum extraneis et fortuitis
commorari. Opus est ergo felici amicis. Quid igitur dicunt primi, et quo verum di-
cunt? Vel quia multi amicos existimant utiles esse. Talibus quidem igitur nihil indi-
gebit beatus, quia bona existunt ipsi. Neque utique hiis qui propter delectabile, vel in parum.
Delectabilis enim vita eius, nihil indiget superducta delectatione. Non indigens autem talibus
amicis. Hoc autem non est forte verum. In principio enim dictum est quod felicitas quaedam
operatio est. Operatio autem manifestum quod fit et non existit quemadmodum possessio quaedam.
Si autem felicem esse est in vivere et operari. Boni autem operatio studiosa et delectabilis secundum
se ipsam quemadmodum in principio dictum est. Est autem et proprium delectabilium. Speculari autem
magis proximos possumus quam nos met ipsos et illorum actiones quam proprias. Stu-
diosorum utique actiones amicorum entium delectabiles bonis. Ambo enim habent quae
natura delectabilia. Beatus utique amicis talibus indigebit. Siquidem speculari eligit
actiones studiosas et proprias. Tales autem quae boni amici entis. Existimant
autem oportere delectabiliter vivere felicem. Solitario quidem igitur difficilis vita. Non facile
enim secundum se ipsum operari continue. Cum aliis autem et ad alios facile. Erit igitur operatio
magis continua delectabilis existens secundum se ipsam. Quod oportet circa beatum esse. Studiosus enim
secundum quod studiosus hiis quae secundum virtutem actionibus gaudet, hiis autem quae a malitia
contristatur, quemadmodum musicus bonis melodiis delectatur, in pravis autem contristatur.
Fiet autem utique et exercitatio quaedam virtutis ex convivere bonis, quemadmodum Theognis ait.

Naturalius autem inspicientibus videtur studiosus amicus studioso naturaliter eli-
gibilis esse. Natura enim bonum dictum est quoniam studioso bonum et delectabile est
secundum se ipsum. Vivere autem determinant animalibus potentia sensus, hominibus autem sensus vel in-
tellectus. Potentia autem ad operationem reducitur. Principale autem in operatione. Videtur autem vivere esse
principaliter sentire vel intelligere. Vivere autem eorum quae secundum se ipsum bonorum et delectabilium.
Determinatum enim. Determinatum autem eius quae boni natura. Natura autem bonum et epieikei proprie quod

Existimant autem [illegible]

Fiet utique [illegible]

Naturalius autem [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

videtur omnibus delectabile esse. Non oportet autem accipere malam vitam et corruptam neque in tristitiis. Indeterminata enim talis, quemadmodum existentia ipsi. In sequentibus autem de tristitia erit manifestius. Si autem ipsum vivere bonum et delectabile, videtur autem et ex eo quod omnes appetere ipsum et maxime epieikees et beatos; his enim vita eligibilior, et horum beatissima vita. Videns autem quod videt sentit, et audiens quod audit, et vadens quod vadit, et in aliis similiter est aliquid sentiens quoniam operamur; quare sentiemus utique quoniam sentimus, et intelligemus quoniam intelligimus. Hoc autem quoniam sentimus vel intelligimus quoniam sumus; esse enim erat sentire vel intelligere. Sentire autem quoniam vivit delectabilium secundum se ipsum; natura enim bonum vita. Bonum autem existens in se ipso sentire delectabile. Eligibile autem vivere et maxime bonis, quoniam esse bonum est ipsis et delectabile; consentientes enim quod secundum se ipsum bonum delectantur. Ut autem ad se ipsum habet studiosus et ad amicum; alter enim ipse amicus est. Quemadmodum igitur se ipsum esse eligibile est unicuique, sic et amicum vel proxime. Esse autem eligibile erat propter sentire ipsum bonum ens; talis autem sensus delectabilis secundum se ipsum. Consentire igitur oportet et amicum quoniam est. Hoc autem fiet utique in convivere et communicare sermonibus et mente. Sic enim utique videbitur convivere in hominibus dici, et non quemadmodum in pecoribus in eodem pasci. Si utique beato esse eligibile est secundum se ipsum, bonum natura ens et delectabile, proximum autem et quod amici est, et amicus eligibilium erit. Quod autem ipsi eligibile, hoc oportet existere ipsi, vel secundum hoc indigens erit. Oportet igitur felicitari amicorum studiosorum.

[illegible]

tractatus tertius

Utrum igitur quam plurimos amicos faciendum, vel quemadmodum in peregrinatione prudenter dictum esse videtur, neque multi peregrinus neque peregrinus, convenit et in amicitia congruere, neque non amicum esse, neque rursus multum amicos secundum superhabundantiam? His quidem igitur qui ad utilitatem et omnino videbitur congruere quod dictum est; multis enim reministrare laboriosum, et non sufficiens vita ipsi hoc agere. Plures utique quam qui ad propriam vitam superflui et impedimentum ad bene vivere. Nichil igitur opus est ipsis. Et qui ad delectationem sufficientes pauci, quemadmodum in cibo delectamentum. Studiosos autem utrum plures secundum numerum, vel est quaedam mensura et amicabilis multitudinis, quemadmodum civitatis? Neque enim ex decem hominibus fit utique civitas, neque ex decem milibus adhuc civitas est. Quantum autem non est forte unum aliquid, sed omne intermedium quorundam determinatorum. Et amicorum utique est determinata

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Cam 244

Circa autem ego ... ut ... ad eam deuenit ... [illegible] 8
... [illegible] 9
... [illegible] 10
... [illegible]

Primo autem ... [illegible] ... amici libidinosi ... [illegible]

Communicatio autem ... [illegible] ... eligibilissimum ... conuiuere ... [illegible]

Capitulum 3m

Fit igitur prauorum ... [illegible]
2 ... malicia ... [illegible]
3 ... [illegible] ... dilectatur

-si non superextendat non tristicia, eam que illis sit tristicia non sustinet totaliter. Quare in conplorationibus non complacet, propter non esse ipse ploratiuus. Mulierculae autem et tales viri congemiscentibus gaudent, et amant ut amicos et condolentes. Imitari autem in omnibus oportet videlicet meliorem. In bonis fortunis autem amicorum presentia et conuersationem delectabilem habet, et intelligentiam quoniam delectantur in propriis bonis. Propter quod videbitur utique oportere ad bonas fortunas quidem vocare amicos prompte. Beneficum enim esse bonum. Ad infortunia autem pigritantem. Tradere enim ut minimum oportet malorum. Unde hoc sufficit ego infortunatus. Maxime autem aduocandum cum debeant pauca turbati magna ipsum iuuare. Venire autem e contrario forte congruit ad infortunatos quidem non vocatum prompte. Amici enim benefacere et maxime hiis qui in necessitate et hoc non dignificatis; ambobus enim melius et delectabilius. Ad bonas fortunas autem cooperantem quidem prompte, et enim ad hoc necessitas amicorum. Ad bona passione autem quiete. Non enim bonum promptum fieri iuuari. Opinionem autem indelectacionis in morari forte cauendum. Fit enim aliquando. Presentia itaque amicorum in omnibus utique eligibilis videtur.

Utrum igitur quemadmodum amantibus videre dilectum eligibilissimum est, et magis eligunt hunc sensum quam alios, ut secundum hunc maxime amore ente et facto; sic et amicis eligibilissimum est conuiuere? Communicatio enim amicitia. Et ut ad se ipsum habet, sic et ad amicum. Circa se ipsum autem sensus quoniam est eligibilis, et circa amicum utique. Operatio autem fit ipsius in conuiuere. Quare conuenienter hoc appetunt. Et quod aliquid est singulis esse vel cuius gratia eligunt viuere, in hoc cum amicis volunt conuersari. Propter quod hii quidem compotant, hii autem colludunt ad aleas, alii autem coexercitantur et couenantur vel cophilosophantur, singuli in hoc commorantes quodcumque maxime diligunt eorum que in vita. Viuere enim volentes cum amicis, faciunt hec et communicant quibus existimant conuiuere. Fit igitur prauorum quidem amicitia mala. Communicant enim prauis instabiles entes. Et mali autem fiunt assimilati adinuicem. Que autem eorum qui epyeikes, epyeikes coaucta colloquiis. Videntur autem et meliores fieri operantes et dirigentes adinuicem. Recipiunt enim ab inuicem quibus complacent. Unde bona quidem et a bonis. De amicitia quidem igitur intantum dictum sit. Sequitur autem utique est pertransire de delectatione. ~~Sequitur liber decimus~~

Post quam autem ... [illegible] ... de delectatione ... [illegible]

[illegible commentary]

Post hec de delectatione forte sequitur pertransire. Maxime enim videbitur coaptari generi nostro. Propter quod erudiunt iuvenes gubernantes delectatione et tristicia. Videtur autem et ad eam que moris virtutem maxime esse gaudere quibus oportet et odire que oportet. Pertendunt enim hec per omnem vitam, inclinationem habencia et potenciam ad virtutem et felicem vitam. Delectabilia quidem enim eligunt, tristia autem fugiunt. Pro talibus autem nequaquam videbitur eligendum esse pretermittere, aliter quidem et multam habentibus dubitationem. Hii quidem enim bonum delectationem dicunt, hii autem e contrario ualde pravam, hii quidem forte persuasi sic habere, hii autem existimantes melius esse ad vitam nostram enunciare delectationem pravorum esse et si non sit. Inclinare enim multos ad ipsam et servire delectationibus. Propter quod oportere in contrarium ducere. Venire enim utique sic ad medium. Ne forte autem non bene hoc dicatur. Sermones enim qui in passionibus et actionibus minus sunt credibiles operibus. Cum igitur dissonent hiis que secundum sensum contempti et verum interimunt. Vituperans enim delectationem, visus autem appetens aliquando inclinare est ad ipsam ut talem omnem. Determinare enim non est multorum. Videntur igitur veri sermonum non solum ad scire utilissimi esse, sed et ad vitam. Consonantes enim cum operibus creduntur. Propter quod provocant intelligentes vivere secundum ipsos. Talium quidem igitur sufficienter. Dicta autem de delectatione.

Ca^m 2^m

Eudoxus quidem igitur delectationem bonum putabat esse propter omnia videre desiderantia ipsam et rationalia et irrationalia. In omnibus autem esse eligibile epieikes, et maxime potentissimum. Omnia autem ad idem ferri ut omnibus optimum indicat. Unumquodque enim sibi bonum invenire quemadmodum et cibum. Omnibus quidem bonum et quod omnia appetunt bonum esse. Credebantur autem sermones propter morum virtutem magis quam propter se ipsos. Differenter enim videbatur temperatus esse. Non itaque ut amicus delectationis videbatur hec dicere, sed sic se habere secundum veritatem. Non minus autem existimabat esse manifestum ex contrario. Tristiciam enim secundum se ipsam omnibus fugiendum esse. Similiter igitur contrarium eligibile. Maxime autem eligibile esse quod non propter alterum neque alterius gratia eligimus. Tale autem confesse esse delectationem. Nullum enim interrogare cuius gratia delectatur, ut secundum se ipsam existente.

[illegible commentary]

[illegible]

et tarditas / et si non secundum se ipsum / puta quod inducit ad quandam delectationem aliquorum venientium eo

sistit / delectatum fuisse quod enim est velocitas quemadmodum motum fuisse / delectari

autem non / neque ad alterum quare et tangi et omnia talia / supponere quod sit in delectatione

velocitatem et tarditatem esse / operari autem secundum ipsam velocitatem non est / dico autem delectari secundum quid

qualiter utique est / videtur enim non cognoscere quod quo sit. Sed cognosco sit in hoc dissolutio

et corruptio delectatio / similiter modo tristitia corruptio. Et dicunt autem tristitiam quidem

defectum esse eius quod secundum naturam / delectationem autem repletionem / hec autem corporales sunt passiones. Si

igitur est eius quod secundum naturam repletio delectatio / in quo repletio hoc utique et delectabitur

corpus igitur non videtur autem. Non ergo est repletio delectatio / sed facta quidem repletione delectabitur

utique aliquis et incisus contristabitur. Opinio autem hec videtur facta esse ex hiis que circa

cibum tristitiis et delectationibus / indigentes enim factos et prius tristatos delectari reple-

tione / hoc autem non circa omnes accidit delectationes / sine tristitia enim sunt mathematice

et earum que secundum sensum et per olfactum / multe et auditiones et visiones / multe et

memorie et spes. Cuius igitur hee generationes erunt / nullius enim defectus facti

sunt cuius fiat utique repletio.

Ad exprobrantes autem opprobriosissimas delectationum / dicet quis utique quoniam

non sunt hec delectabilia. Non enim si male dispositis delectabi-

lia hec sunt / existimandum ipsa et delectabilia esse simpliciter vel in hiis / quemadmodum

nec laborantibus sana / vel dulcia vel amara / nec rursus alba que videntur

patientibus obtalmiam. Vel sic utique dicetur quoniam delectationes quidem eligibi-

les sunt / non tamen ab hiis / quemadmodum et ditari / prodenti autem non / et sanum esse

non tamen quodcumque comedenti. Vel specie differunt delectationes / alie autem que a bonis ab hiis

que turpibus / et non est delectari ea que iusti non entem iustum / neque ea que musici

non entem musicum / similiter autem et in aliis. Ostendere autem videtur et amicus alter ens

ab adulatore / non existentem bonum delectationem vel differentes specie / hic quidem enim

ad bonum colloqui videtur / hic autem ad delectationem / et hic quidem vituperatur / hic autem lau-

datur ut non ad alia colloquentes / Nullus autem utique eliget vivere pueri-

mente hunc portans ad vitam delectatus in quibus pueri / ut existimat neque

gaudere faciens quid turpissimorum / nequaquam debens tristari / Et circa

multa studium faciemus utique / et si neque unam inferant delectationem / puta videre

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

recordum. Breve utentes ... Si autem ex necessitate sequuntur hiis delectationes, nichil differt; eligeremus enim utique hec et si non fieret utique ab hiis delectatio. Quod quidem igitur neque bonum delectatio, neque omnis eligibilis, manifestum videtur, et quoniam sunt quedam eligibiles secundum se, specie differentes vel a quibus. Que quidem igitur dicuntur de delectatione et tristitia sufficienter dicta sint.

Capitulum quartum

Quid autem est vel quale quid, manifestius fiet utique a principio assumentibus. Videtur enim visio quidem secundum quodcumque tempus perfecta esse. Non enim est indigens nullo quod in posterius factum perficiet ipsius speciem. Tali autem videtur et delectatio. Totum enim quoddam est, et secundum nullum tempus accipiet quis utique delectationem cuius in pluri tempore facta perficietur species. Propter quod neque motus. In tempore enim omnis motus et finis alicuius, puta edificatio perfecta quando facit quod appetit, vel in omni utique vel in hoc. In partibus autem temporis omnes imperfecte, et altere specie a tota et ab invicem. Lapidum enim compositio altera a columpne striatione, et hec a templi factione. Et templi quidem perfecta; nullo enim indigens ad propositum. Fundamenti autem et trigliphi imperfecta; partis enim utraque. Specie igitur differunt, et non est in quocumque tempore accipere motum perfectum specie, sed si quidem in toto. Similiter autem et in ambulatione et reliquis. Si enim est latio motus unde quo, et huius differentie secundum species: volatus, ambulatio, saltatio et talia. Non solum autem sic, sed et in ipsa ambulatione. Le enim unde quo non idem in stadio et parte, et in altera et altera parte, neque pertransire lineam hanc et hanc. Non solum enim lineam pertransit, sed et in loco existentem. Hec autem in alio. Hec autem alia. De perfectione quidem igitur de motu in aliis dictum est. Videtur autem non in omni tempore perfectus esse, sed multi imperfecti et differentes specie, siquidem le unde quo speciferum. Delectationis autem in quocumque tempore perfecta species. Manifestum igitur quod altere utique erunt ab invicem, et totorum aliquid et perfectorum delectatio. Videbitur autem utique hoc et ex non contingere moveri non in tempore, delectari autem; quod enim in ipso nunc totum aliquid. Ex hiis autem manifestum et quoniam non bene dicunt motum vel generationem esse delectationem. Non enim omnium hoc dicitur, sed partibilium et non totorum. Neque enim visionis est generatio, neque puncti, neque unitatis, neque horum nichil motus neque generatio, neque utique delectationis. Totum enim quoddam.

Sensu autem omni ad sensibile operante, perfecte autem bene dispositi ad pulcherrimum sub sensu iacentium. Tale enim maxime esse videtur perfecta operatio. Ipsum autem dicere operari vel in quo est nichil differat. Secundum unumquemque optima ...

10

Deinde cum dicit quia autem ... [illegible] delectatio ... operationem ... [illegible commentary]

operacio optime dispositi ad potentissimum eorum que sub ipsum hec utique per
fectissima erit et delectabilissima. Secundum omnem enim sensum est delectatio. Similiter autem
intellectum et speculationem, delectabilissima autem perfectissima, perfectissima autem que bene habentis
ad studiosissimum eorum que sub ipsam. Perficit autem operationem delectatio non eodem modo
et delectatio perficit et sensibile et sensus studiosa entia, quemadmodum neque sanitas et
medicus similiter causa est eius quod est sanari. Secundum unumquemque autem sensum quoniam fit delectatio manifestum;
dicimus enim visiones et auditiones esse delectabiles. Manifestum autem et quoniam maxime cum
et sensus sit potentissimus et ad tale operetur. Talibus autem entibus et sensibili et
sensato semper erit delectatio, existente quidem faciente et patiente. Perficit autem operationem
delectatio non sicut habitus qui inest, sed ut superveniens quidam finis, velut iuvenibus
pulchritudo. Quousque utique quidem sensibile vel intelligibile sit quale oportet et discernens vel specu
lans, erit in operatione delectatio. Similibus enim entibus et ad invicem eodem modo
habentibus in passivo et factivo, idem aptum natum est fieri. Qualiter ergo continue nullus
delectatur? vel laborat. Omnia enim humana impotentia continue operari. Non fit ergo
neque delectatio; sequitur enim operationem. Quedam autem delectant nova entia, posterius autem
non similiter propter idem. Primum quidem enim provocata est mens et intense circa ea
operatur, quemadmodum secundum visum aspicientes, postea autem non fit talis operatio sed neglecta;
propter quod et delectatio obfuscatur. Appetere autem delectationem existimabit quis utique omnes,
quoniam et vivere omnes appetunt. Vita autem operatio quedam est, et unusquisque circa hec et in hiis
operatur que et maxime diligit, puta musicus quidem auditu circa melodias, ama
tor autem discipline mente circa theoremata. Sic autem et reliquorum unusquisque. Delecta
tio autem perficit operationes et vivere quod appetunt. Rationabiliter ergo et delectationem appe
tunt; perficit enim unicuique vivere eligibile ens. Utrum autem propter delectationem vivere
eligimus vel propter vivere delectationem, dimittatur in presenti. Coniugi quidem enim hec videntur
et separationem non recipere. Sine operatione enim non fit delectatio. Unde videntur et
specie differre. Altera enim specie ab alteris existimamus perfici. Sic enim videntur et
naturalia et que ab arte, puta animalia et arbores et pictura et ymagines
et domus et vas. Similiter autem et operationes differentes specie ab invicem specie perfici.
Differunt autem que mentis ab hiis que secundum sensum, et hee specie secundum speciem. Et per
ficientes itaque delectationes. Apparebit autem utique hoc et ex eo quod coaptari delectationem

Apparebit autem ... [illegible commentary]

Perficit autem ... delectatio ... [illegible commentary]

Quousque autem ... [illegible commentary]

Qualiter autem ... [illegible commentary]

Quedam autem ... [illegible commentary]

Appetere autem delectationem ... [illegible commentary]

Utrum autem ... [illegible commentary]

Cadit autem ... [illegible]

una quaeque operatione cognata perficit/ coauget enim operationem propria delectatio/ magis enim singula iudicant et certius exquirunt cum delectatione operantes puta geometrici fiunt gaudentes eo quod geometrizare et intelligunt singula magis. Similiter autem et amantes musicam et amantes edificatiuam/ et aliorum singuli augmentant ad proprium opus gaudentes ipso coaugent autem delectationes. coaugentia autem propria. aliis autem specie et propria alia specie/ Adhuc autem magis hoc utique apparebit ex eo quod ex aliis delectationes impeditiuas operationibus esse/ amantes enim fistulas non possunt sermonibus attendere si audiant fistulantem/ magis gaudentes fistulatiua quam presenti operatione/ Secundum fistulatiua igitur delectatio eam que circa sermonem operationem corrumpit/ Similiter autem hoc et in aliis accidit/ cum simul circa duo operetur. delectabilior enim alteram expellit/ et si multum differat secundum delectationem magis/ ut neque operari secundum alteram/ Propter quod gaudentes quotcumque vehementer non omnino facimus alterum/ et alia facimus aliis quiete placentes/ puta et in theatris/ tragemata comedentes/ cum prauum agonizantes sunt tunc maxime ipsum operantur. Quoniam autem quidem propria delectatio confirmat operationes et diuturniores et meliores facit/ aliene autem affitiunt manifestum quod multum distant. Fere enim aliene delectationes faciunt quod proprie tristicie/ Corrumpunt enim operationes proprie tristicie/ puta si huic scribere indelectabile et triste/ huic autem rocinari/ hic quidem non scribit/ hic autem non rocinatur tristi existente operatione. Accidit itaque circa operationes contrarium a delectationibus et tristitiis propriis. proprie autem sunt que in operatione secundum se ipsam fiunt. Aliene autem delectationes dicte sunt. Enim proximum quid tristicie faciunt/ corrumpunt enim/ tamen non similiter. Differentibus autem operationibus epieikeia et prauitate/ et hiis quidem eligibilibus existentibus/ hiis autem fugientibus/ hiis autem neutris/ Similiter habent et delectationes/ secundum unamquamque enim operationem propria delectatio est. que quidem igitur studiose propria epieikes/ que autem praue mala/ Etenim concupiscentie bonorum quidem laudabiles. turpium autem vituperabiles.

Magis autem proprie operationibus que in ipsis delectationes/ concupiscentiis/ hee quidem enim distincte sunt/ et temporibus et natura/ hee autem propinque operationibus et indistincte/ sic ut habeat dubitationem si idem est operatio delectationi

Tertia autem ... [illegible]

Differentibus autem ... [illegible]

Et non concupiscentie ... [illegible]

Differt autem visus [illegible] ... [illegible]

Videtur autem esse [illegible] ... [illegible]

Non tamen videtur quod delectatio mens esse neque sensus. Inconveniens enim. Sed propter
non separari videtur idem quibusdam. Quemadmodum igitur operationes alie, et de-
lectationes. Differt autem visus a tactu puritate et auditus et olfactus gustu. Similiter
utique differunt et delectationes et ab hiis que circa mentem et utreque ab invicem.
Videtur autem esse et unicuique animali et delectatio propria quemadmodum et opus. Que
enim secundum operationem. Et in uno quoque autem speculantibus utique apparebit. Alia enim
equi delectatio et canis et hominis. Quemadmodum Eraclitus ait, asinum syrmata utique
eligere magis quam aurum. Delectabilius enim nutrimentum auro asinis. Que quidem
igitur diversorum specie differunt specie. Eas autem que eorundem indifferentes rationabile esse.
Differunt autem non parum in hominibus. Eadem enim hos quidem delectant, hos autem
contristant. Et hiis quidem tristia et odibilia sunt, hiis autem delectabilia et amabilia.
Et in dulcibus autem hoc accidit. Non enim eadem videntur febricitanti et sano, neque
calidum esse debili et bene habenti. Similiter autem et in aliis hoc accidit. Videtur autem in omnibus
talibus esse quod videtur studioso. Si autem hoc bene dicitur, quemadmodum videtur, et est
uniuscuiusque mensura virtus et bonus secundum quod talis, et delectationes
erunt utique que huic videntur, et delectabilia quibus iste gaudet. Si autem huic
tristia sint aliqua apparent delectabilia, nichil admirabile. Multe enim corrup-
tiones et nocumenta hominum sunt. Delectabilia autem non sunt, sed hiis et sic dis-
positis. Confessas quidem igitur turpes manifestum quod non dicendum delectationes esse
preter quam corruptis. Earum autem que epyikes esse videntur, quale vel quam
hominis esse? Vel ex operationibus manifestum. Hiis enim sequuntur delectationes. Sive
igitur una est sive plures que perfecti et beati viri, has perficientes delectationes
principaliter dicentur utique hominis delectationes esse. Relique autem secundario et submultipliciter,

tractatus 2

Dictis autem hiis que circa virtutes et amicicias, et quemadmodum operationes,
et delectationes, reliquum de felicitate typo pertransire, quam finem
ipsam ponimus humanorum. Resumentibus autem prius dicta compendiosior utique erit
sermo. Diximus autem quoniam non est habitus. Et enim dormienti per vitam existenti utique
plante viventi vitam, et infortunato maxime. Si utique hec non placent,
sed magis in operationem quandam ponendum, quemadmodum in hiis que prius
dictum est. Operationum autem hee quidem sunt necessarie et propter alia eligibiles, hee

Differt autem [illegible] ... [illegible]

Dicto autem [illegible] ... [illegible]

Operationum autem [illegible] ... [illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Capitulum xm

Refugiunt autem ad pueriles ... [illegible]

que secundum ipsos // manifestum quoniam felicitatem earum que secundum se ipsas eligibilium aliquam ponendum / et non earum que propter aliud. Nullo enim indigens felicitas sed per se sufficiens. Per se ipsas autem sunt eligibiles de quibus nichil quiritur preter operationem. Tales autem esse videntur que secundum virtutem actiones. bona enim et studiosa agere eorum que propter se ipsam eligibilium / Et ludorum delectabiles. non enim propter altera ipsos eligunt. Leduntur enim ab ipsis magis quam iuvantur negligentes corpora et possessionem. Refugiunt autem ad tales conversationes felicitatum multi propter quod apud tyrannos approbantur in talibus conversationibus eutrapeli. Quorum enim appetunt in hiis tribuunt se ipsos delectabiles. Indigent autem talibus. videntur quidem igitur felicitatis hec esse propter eos qui in potentatibus hiis vacare. Nullum autem forte signum tales sunt. Non enim in potentatu esse virtus neque intellectus a quibus studiose operationes. Neque si ingustabiles isti existentes delectationes sincere et liberalis ad corporales refugiunt propter hoc has existimandum eligibiliores esse. Et enim pueri que apud ipsos preciosa optima existimant esse. Rationale utique quemadmodum pueris et viris altera videntur preciosa sic et pravis et epyeikesi. Quemadmodum igitur et multotiens dictum est et preciosa et delectabilia sunt que studioso talia entia. Unicuique autem que secundum proprium habitum eligibilissima operatio et studioso autem secundum virtutem / non in ludo igitur felicitas. Et enim inconveniens finem esse ludum et negotiari et malum pati secundum vitam omne ludendi gratia. Omnia enim ut est dicere alterius gratia eligimus preter felicitatem. Finis enim hec. Studere autem et laborare ludi gratia insipiens videtur et valde puerile. Ludere autem ut studeat secundum anacharsin recte habere videtur. Requiei enim assimilatur ludus. impotentes autem continue laborare requie indigent. Non utique finis requies. Fit enim gratia operationis. Videtur autem felix vita secundum virtutem esse. hec autem cum studio sed non in ludo. Meliora quoque dicimus studiosa esse ridiculis et cum ludo. Et melioris semper particule et hominis studiosiorem operationem. que autem melioris melior et felicior est iam. potietur utique delectationibus corporalibus quicumque et bestiale non minus optimo. felicitatem autem nullus attribuit nisi et tribuit si non et vitam. Non enim in talibus conversationibus felicitas sed in hiis que secundum virtutem operationibus quemadmodum et prius dictum est. Si autem felicitas est secundum virtutem operatio, rationabile secundum optimam. Hec

non de hastiludiis

Capitulum ... [illegible]

aut utique est optimum. Sive utique intellectus hic sive aliud quid quod utique hic secundum naturam videtur
principari et ducere et intelligentiam habere de bonis et divinis, sive divinum ens et
ipsum, sive eorum que nobis divinissimum, huius operatio secundum propriam virtutem erit utique
perfecta felicitas. Quoniam autem est speculativa dictum est. Confessum autem hoc utique videbitur
esse et hiis que prius et vero. Optima enim et hec operatio. Et enim intellectus eorum
que in nobis cognoscibilium esse que intellectus. Adhuc autem et continuissima. Speculari
et enim possumus continue magis quam operari quodcumque. Existimamusque oportere delecta-
tione admixtam esse felicitati. Delectabilissima autem earum que secundum virtutem operationum
que secundum sapientiam confesse esse videtur. Videtur igitur philosophia admirabiles delectationes habere
puritate et firmitate. Rationabile autem scientibus quam querentibus delectabiliorem con-
versacione esse. Et que dicitur autem per se sufficientia circa speculativam maxime utique erit. Ad necessaria
quidem enim indiget et sapiens et iustus et reliqui. Talibus autem sufficienter
largitis iustus quidem indiget ad quos iuste operetur et cum quibus. Similiter autem
et temperatus et fortis et aliorum unusquisque. Sapiens autem et secundum se ipsum ens potest
speculari. Et quanto utique sapientior est magis. Melius autem forte cooperatores habens,
sed tamen per se sufficientissimus. Videbitur autem utique ipsa sola propter se ipsam diligi. Nichil enim ab
ipsa fit preter speculari. Ab operabilibus autem vel plus vel minus acquirimus preter actionem.
Videtur quia felicitas in vacatione esse. Non vacamus enim ut vacemus
et bellamus ut pacem ducamus. Practicarum quidem igitur virtutum in politicis vel belli-
cis operationes sunt. Que autem circa has actiones videntur non vacative esse. Belli-
ce quidem et perfecte. Nullus enim bellare eligit eius quod est bellare gratia, neque
preparare bellum. Videbitur enim utique omnino occisivus quis esse si amicos op-
pugnatores faciat ut pugne et occisiones fierent. Est autem et que politici non
vacativa, et preter ipsum civiliter conversari acquirens potentatus et honores vel magis
felicitatem ipsi et civibus, alteram existentem politicam quam et querimus
manifestum ut alteram existentem. Si utique eas quidem que secundum virtutes actiones
politice et bellice pulchritudine et magnitudine precellunt, hec autem non
vacative et fine aliquo appetunt et non propter se ipsas sunt eligibiles, intellectus
autem operatio studio differre videtur speculativa ens, et preter ipsam nullum appetere
finem, habereque delectationem propriam, hec autem coauget operationem, et

Est autem ... [illegible]

Existimamus ... [illegible]

Et que dicitur ... [illegible]

Videbitur autem ... [illegible]

Videtur ... [illegible]

Talis autem ... [illegible]

Cum autem ... [illegible]

ipse sufficiens et vacativum et illaboriosum ut homini et quecumque alia beato attribuuntur secundum hanc operationem apparentia existencia. Perfecta utique felicitas hec utique erit hominis, accipiens longitudinem vite perfectam. Nichil enim imperfectum eorum que felicitatis. Talis utique melior vita quam secundum hominem. Non enim secundum quod homo est sic vivet, sed secundum quod divinum aliquid in ipso existit. Quanto autem differt hoc a composito, tanto et operatio ab ea que secundum aliam virtutem. Si utique divinum intellectus ad hominem, et que secundum hunc vita divina ad humanam vitam. Oportet autem non secundum suadentes humana sapere hominem entem neque mortalia mortalem, sed in quantum contingit immortale facere, et omnia facere ad vivere secundum optimum eorum que in ipso. Si enim et mole parvum est, potentia et preciositate multum magis omnibus superexcellit. Videbitur autem utique et unumquodque esse hoc, siquidem principale et melius. Inconveniens igitur fiet utique si non suam ipsius vitam eligat, sed alicuius alterius. Quod autem dictum est prius congruit et nunc. Proprium enim unicuique natura optimum et delectabilissimum est unicuique. Et homini utique que secundum intellectum vita, siquidem maxime utique hoc homo. Iste igitur et felicissimus.

Capitulum 3m

Secundo autem que secundum aliam virtutem. Secundum ipsam enim operationes humane. Iusta enim et fortia et alia que secundum virtutes ad invicem agimus in commutationibus et utilitatibus et actionibus omnimodis et passionibus quod decet unicuique observantes. Hec autem esse videntur omnia humana. Quedam autem et accidere a corpore videntur et multum coappropriari passionibus moris virtutis. Coniuncta est autem et prudencia moris virtuti et hec prudencie, siquidem prudentie principia secundum morales sunt virtutes, rectum autem quod moralium secundum prudentiam. Complantate autem et passionibus circa compositum utique erunt. Compositi autem virtutes humane, et vita que secundum has et felicitas. Que autem intellectus separata. Tantum enim de ipsa dictum est. Certificare enim dicere maius proposito est. Videbitur autem utique et exteriori largitione in parum vel minus indigere morali. Necessariis quidem enim amborum opus sit ex equali et si magis laborat circa corpus politicus et quecumque talia. Parum utique quid differt. Ad operationes autem multum differet. Liberali quidem enim opus erit pecuniis ad agere liberalia, et iusto utique ad retributiones. Voluntates enim immanifeste. Simulant enim et non iusti iuste agere velle. Forti autem potentia, siquidem perficit aliquid eorum que secundum virtutem.

Si enim et mole parvum est

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Queri[tur] aut[em] q[ui]s ... [illegible]

et separato potestate / qualis erit manifestus / uel iste uel alicui aliquis.

Differre a[utem] q[ui]d[em] videt[ur] utru[m] principalius / voluntas aut actio / ut in ambabus ex
istentis / perfectum utiqz manifestum q[uod] in ambabus utiqz erit / ad actiones aut[em]
multis opus est / et quanto utiqz maiores sint et meliores pluribus / Spe
culanti a[utem] nullo talium ad operatio[n]em necessitas / s[ed] ut dica[tur] et impedimenta
sunt ad speculationem / s[ed] q[uia] homo est et pluribus conuiuit eligit q[ue] s[ecundu]m uir
tutem agere / opus habebit igitur talibus ad humanum conuersari / Perfecta a[utem] felicitas q[uonia]m
speculatiua quedam est operatio / et hinc utiqz apparebit / Deos enim maxime
suspicati sumus beatos et felices ee / actiones a[utem] quales attribuere debitum
ipsis / utrum iustas / uel ridiculi apparebunt / commutantes et deposita reddentes et
quecumqz alia talia / Sed fortes sustinentes terribilia et periclitantes q[uonia]m bonum /
uel liberales / cui a[utem] dabunt / Inconueniens a[utem] si et erit ipsis numisma uel aliq[ui]d tale /
Si a[utem] temperati quid utiqz erit / uel honerosa laus / q[uonia]m non habent prauas concu
piscentias / pertranseuntibus a[utem] omnia apparebunt utiqz que circa actiones parua
et indigna diis / Sed tamen uiuere omnes suspicati sunt ipsos et operari. Non enim
oportet dormire quemadmodum endimiona / uiuenti utiqz ab agere ablato
h[oc] a[utem] magis a facere / quid relinquitur preter speculationem / Quare dei operatio beatitu
dine differens speculatiua utiqz erit / et humanarum utiqz que huic cogna
tissima felicissima / Signum a[utem] et non participare reliqua alia felicitate
tali operatione priuata perfecte / Diis quidem enim omnis uita beata / hominibus a[utem] in q[uantu]m similitudo q[ue]da[m]
talis operationis existit / aliorum a[utem] animalium nullum felix est / quia nequaqz co[m]municat specula
tioni / In q[uan]tum utiqz extendit[ur] speculatio / et felicitas / et quibus magis existit speculari
et felices esse / non s[ecundu]m accidens / s[ed] s[ecundu]m speculationem / hec enim s[ecundu]m se ipsam honorabilis / Quare erit utiqz

Opus est aut[em] et exteriori prosperitate / felicitas speculatio quedam
homini enti / non enim per se sufficiens natura ad speculari / s[ed] oportet et corpus
sanum esse / et cibum et reliquum famulatum existere / Non tamen existimandum multis
et magnis indigere futurum felicem / si non contingit sine exterioribus bonis beatum
esse / non enim in superhabundantia per se sufficiens / neque iudicium / neque actio / possibile aut[em] et
non principantes terre et maris agere bona / et enim a moderatis poterit utiqz aliquis agere s[ecundu]m
uirtutem / hoc a[utem] est uidere manifeste / ydiote a[utem] potentibus non minus uidentur studiosa agere

Di[cit] aut[em] ... [illegible]

Opus aut[em] ... [illegible]

Sed et magis sufficientes autem tanta existente/ erit non vita felix secundum virtutem operantis. Et
Solon autem felices forte enunciavit bene dicens/ moderate/ hijs que extra dicatos
agentes at optima existimabat/ et conmites temperate/ contingit enim moderate pos
sidentes agere que oportet. Videtur autem et Anaxagoras non divitem neque potentem
existimasse felicem/ dicens quoniam non utique admirabilis quibus si inquemens appa
reat multis/ isti enim iudicant hijs que extra sunt hec sencientes solum. Consonare
itaque videntur sapientum opiniones/ fidem quidem igitur aliquam et talia habent
verum vero in operabilibus ex operibus et vita iudicatur/ in hijs enim dicens/ in
tendens autem predicta oportet ad opera et vitam/ inferentes et consonantibus quidem operibus
acceptandum/ dissonantibus autem sermones suspicandum. Secundum intellectum autem
operans et hunc curans/ et dispositus optime et deo amantissimus videtur esse. Si
enim quedam humanorum cura a diis fit quemadmodum videtur/ et erit utique racionabile gaudere ipsos
optimo et cognatissimo/ hoc autem utique erit intellectus/ et diligentes maxime
et honorantes benefacere/ ut de amicis ipsis curantibus et recte et bene operan
tes/ quoniam autem hec omnia sapienti maxime existunt non immanifestum. Deo ama
tissimus/ ergo eundem autem verisimile et felicissimum/ quare et sic erit sapiens maxime felix. 39

Utrum igitur si et de hijs et virtutibus adhuc autem et de amicitia et
delectacione sufficienter dictum in typis/ finem habere existimandum
electionem vel quemadmodum dicitur/ non est in operabilibus finis speculari singula et cognoscere
sed magis operari ipsa/ neque igitur de virtute sufficiens scire/ sed habere et uti temptandum
vel si aliqualiter boni efficiamur. Siquidem igitur essent sermones per se sufficientes
ad faciendum studiosos/ multas utique mercedes et magnas iuste ferret secundum Theognidem/ oportebit utique
has tribuere/ nunc autem videntur provocare quidem et movere iuvenum liberales posse
sermones/ et morem nobilem et ut vere amantem boni facere utique detentum a virtute
constitute/ multos autem non posse ad bonitatem provocare/ non enim nati sunt
verecundie obedire/ sed timori/ neque recedere a pravis propter turpe sed propter penas/ sed
passione enim viventes proprias delectaciones persequuntur/ et per quas hee erunt/ fugiunt
et oppositas tristicias/ boni autem et vere delectabiles neque intellectum habent non gustantes
existentes/ tales igitur quis utique sermo transformet/ non enim possibile aut non facile que ex antiquo
consuetudinibus comprehensa sunt sermone transmutare. Amabile autem forte est si omnibus existentibus per que

Verum igitur etc./ tractatus 39 in quo declarat de ... [illegible]

Siquidem igitur etc./ ... [illegible]

Nunc autem etc./ ... [illegible]

Amabile autem forte/ ... [illegible]

Cam 2m

[illegible]

[illegible]

Amplius autem civitatum neglectum est de talibus et vivit unusquisque ut vult
cyclopice themiste puerorum et uxoris. Optimum quidem igitur communem fieri curam et rectam
et operari ipsum posse. Communiter autem neglectis unicuique videbitur utique
convenire suis filiis et amicis ad virtutem conferre et eligere quidem. Ex hiis
autem utique hoc posse videbitur magis legis positivus factus. Communes quidem enim cure manifestum
quoniam per leges fiunt. Epieikes autem que per studiosas. Scriptas autem vel non scriptas nichil utique
videbitur differre, neque per quas unus vel plures erudientur, quemadmodum neque in musica
et exercitativa et aliis erudimentis. Quemadmodum enim in civitatibus prevalent
legalia et mores, sic et in domibus paterni sermones et mores, et adhuc
magis propter cognationem et beneficia. Preexistunt enim diligentes et faciles ad obedien-
tes natura. Adhuc autem et differunt singulares disciplinas communium, quemadmodum
in medicinali. Universaliter quidem enim febricitanti confert abstinentia et quies,
alicui autem forte non. Et pugil forte non omnibus eandem pugnam circumponit. Certius
autem agere videbitur utique unumquodque proprie cura facta. Magis enim decente potitur unus-
quisque. Sed curabit quidem optime secundum unum et medicus et exercitativus et omnis
alius universale sciens, quoniam omnibus vel talibus. Communium enim dicuntur et sunt et
sunt. Non solum sed et unius alicuius nichil forte prohibet bene curare, et non
sciente, curante considerante autem diligenter accidentia in unoquoque per experientiam, quem-
admodum et medici quidam videntur sui ipsorum optimi esse, alii nichil utique poten-
tes sufficere. Nichil autem minus forte volenti artificiali et speculativo fieri ad universale vi-
debitur esse eundum utique, et illud cognoscendum qualiter. Dictum enim est quoniam circa hoc scientie.
Forte autem utique et volenti per curam meliores facere, sive multos sive paucos, legis
positivo temptandum fieri, si per leges fiamus boni utique. Quemcumque enim et propositum dispo-
sitionum bene non est cuiuscumque, sed siquidem alicuius sciente, quemadmodum in medicinali
et reliquis quorum est cura aliqua et prudentia. Igitur post intendendum — Capitulum 3m
unde et qualiter legis positivus fiet utique quis? Vel quemadmodum in aliis a po-
liticis? Particula enim videbatur politice esse. Vel non similiter videtur in politica
et reliquis scientiis et potentiis? In aliis quidem enim iidem videntur et potentias tra-
dentes et operantes ab ipsis, puta medici, pictores. Politica autem repromittunt
quidem docere sophiste, agit autem ipsorum nullus, sed civiliter conversantes, qui videbuntur

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[Q]uoniam omnem ciuitatem uidemus
communitatem quandam existentem · et omnem
communitatem boni alicuius gratia institutam
(eius enim quod uidetur boni gratia · omnia
operantur omnes) · manifestum quod omnes
quidem bonum aliquod coniecturant · maxime
autem principalissimum omnium · omnium maxime principalis · et omnes
alias circumplectens · hec autem est · que uocatur ciuitas · et communitas
politica. Quicumque igitur quidem existimant politicum et regale
et yconomicum et despoticum idem non bene dicunt · multi-
tudine enim · et paucitate putant differre · sed non specie
horum unumquodque · puta siquidem paucorum patremfamilias · si
autem plurium yconomum · si autem adhuc plurium · politicum aut
regale tamquam nichil differentem magnam domum · et paruam
ciuitatem · et politicum et regale · quando quidem ipse presit regale ·
quando autem secundum sermones discipline talis · secundum partem principans
et subiectus politicum · hec autem non sunt vera. Manifestum
autem erit quod dicitur intendentibus secundum subiectam methodum / Sicut
enim in aliis compositum usque ad incomposita necesse diuidere · hec enim
minime partes totius sunt et ciuitatem ex quibus componitur considerantes
videbimus et de hiis magis quidem differunt ab inuicem et si
quid artificiale contingit accipere circa unumquodque dictorum. Siquis enim
ex principio res nascentes uiderit quemadmodum et in aliis et in
hiis optime utique sic contemplabitur. Necesse itaque primum combinari
in inuicem non passibiles esse puta feminam et masculum generationis
gratia · et hoc non ex electione sed sicut in aliis animalibus et plantis
naturale appetere quale ipsum tale derelinquere alterum. / Principans

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

at et servum natura propter salutem. Quod quidem enim potest mente previdere principans natura et dominans natura. Quod autem potest hec corpore facere subiectum et natura servum. Propter quod domino et servo idem expedit.

Natura quidem igitur distinguit feminam et servum. Nichil enim natura facit tale quale erarii figuratores delficum gladium paupertative, sed unum ad unum. Sic enim utique perficiet optime organorum unumquodque, non multis operibus sed uni serviens. Inter barbaros autem femina et servus eundem habent ordinem. Causa autem quia natura principans non habent, sed fit communicatio ipsorum serve et servi. Propter quod dicunt poete barbaris quidem grecos principari congruum, tamquam sit idem natura barbarum et servum. Ex hiis quidem igitur duabus communitatibus domus prima. Et recte Esiodus dixit poetizans domum quidem primum et mulierem et bovem aratorem. Bos enim pro ministro pauperibus est. Que quidem igitur in omnem diem constituta communitas secundum naturam domus est, quos Karondas quidem vocat omosipios, Epimenides autem Cretensis omokapnos. Ex pluribus autem domibus communicatio prima usus non diurnalis gratia vicus. Maxime autem videtur secundum naturam vicus colonia domus esse, quos vocant quidam collactaneos pueros et puerorum pueros. Propter quod et primum regebantur civitates et nunc adhuc gentes. Ex subiectis enim regi convenerunt. Omnis enim domus regitur a senissimo. Quare et colonie propter cognationem. Hoc est quod dicit Homerus: leges statuit unusquisque puerorum et uxoribus. Dispersi enim. Et sic antiquitus habitabant. Et deos autem propter hoc omnes dicunt regi, quia et ipsi hii quidem adhuc, et nunc hii autem antiquitus regebantur. Sicut autem species sibi ipsis assimulant homines, sic et vitas deorum.

Que autem ex pluribus vicis communitas perfecta civitas, iam omnis habens terminum per se

[illegible]

[illegible]

sufficientie ut omne est dicere. facta quidem igitur vivendi gratia. Existens autem gratia bene vivendi. Propter quod omnis civitas natura est. Si quidem et prime communitates. Finis enim ipsa illarum. natura autem finis est. Quale enim unumquodque est generatione perfecta hanc dicimus naturam esse uniuscuiusque. sicut hominis. equi. domus. Adhuc quod cuius gratia et finis optimum. per se sufficientia autem finis et optimum. Ex hiis igitur manifestum quod eorum que natura civitas est. et quod homo natura civile animal est. et qui incivilis propter naturam et non propter fortunam aut pravus est aut melior quam homo. quemadmodum et qui ab Homero maledictus insocialis illegalis scelestus. Simul enim natura talis et belli affectator. veluti sine iugo existens sicut in volatilibus. Quod autem civile animal homo omni ape et omni gregali animali magis palam. Nichil enim ut aiunt frustra natura facit. Sermonem autem solus habet homo supra alia. Vox quidem igitur delectabilis et tristabilis est signum. propter quod et aliis existit animalibus. Usque ad hoc enim natura eorum pervenit. ut habeant sensum tristabilem et delectabilem et hec significent invicem. Sermo autem est in ostendendo conferens et nocivum. quare et iustum et iniustum. Hoc enim ad alia animalia hominibus proprium solum boni et mali. iusti et iniusti. et aliorum sensum habere. Horum autem communicatio facit et domum et civitatem. Et prius natura quam civitas quam domus et unusquisque nostrum est. Totum enim prius necessarium esse parte. Interempto enim toto non erit pes neque manus nisi equivoce. vel ut si quis dicat lapideam. Corrupta enim erit talis. Omnia enim opere diffinita sunt et virtute. Quare non iam talia existentia non dicendum eadem esse. sed equivoca. Quod quidem igitur civitas natura prior quam unusquisque manifestum. Si enim non per se sufficiens unusquisque separatus. similiter aliis partibus se habebit ad totum. Non potens autem communicare

[illegible]

46

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

aut nullo non indigens propter ipsam sufficientiam nulla pars est civitatis. Quare aut bestia aut deus. Natura quidem igitur impetus in omnibus ad talem communitatem. Qui autem primus instituit maximorum bonorum causa. Sicut enim perfectum optimum animalium homo est, sic et separatum a lege et iustitia pessimum omnium. Sevissima enim iniustitia habens arma. Homo autem habens arma nascitur prudentia et virtute, quibus ad contraria est ut maxime. Propter quod scelestissimum et silvestrissimum sine virtute, et ad venerea et voracitatem pessimum. Iustitia autem civile. Dike enim civilis communitatis ordo est. Dike autem iusti iudicium.

[illegible]

Quoniam autem manifestum ex quibus partibus civitas constat, necessarium primum de yconomia dicere. Omnis enim componitur civitas ex domibus. Domus autem partes ex quibus rursum domus instituta est. Domus autem perfecta ex servis et liberis. Quoniam autem in minimis primum unumquodque querendum, prime autem et minime partes domus dominus et servus, et maritus et uxor, et pater et filii, de tribus hiis considerandum utique erit quid unumquodque et quale oportet esse. Hee autem sunt despotica et ymperialis. Innominata enim femine et viri coniugatio, et tertia teknopoetica. Et enim hee non est nominata proprio nomine. Sunt autem hee tres quas diximus. Est autem quedam pars que videtur hiis quidem esse yconomia, hiis autem maxima pars eius. Quo autem se habet considerandum. Dico autem de vocata chrematistica. Primum autem de despote et servo dicamus, ut et que ad necessarium usum videamus, et ut utique si quid ad sciere de ipsis potius accipere hiis que nunc opinatis. Hiis quidem enim videtur scientia quedam esse despotia, et eadem yconomia et despotia et politica et regitiva, sicut diximus incipientes. Hiis autem preter naturam despotizare. Lege enim hunc quidem servum esse, hunc autem liberum. Natura autem nichil differre; propter quod neque iustum

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Organorum autem ... [illegible commentary]

violentum enim. Quoniam igitur possessio pars domus est, et possessiva pars yconomie. Sine enim necessariis impossibile etiam est vivere. Quemadmodum autem determinatis artibus necessarium utique erit existere convenientia organa, si debeat perfici opus, sic et yconomico. Organorum autem hec quidem inanimata, hec autem sunt animata, velud gubernatori gubernaculum quidem inanimatum, proretus autem animatum; minister enim in organi specie artibus est. Sic et res possessa organum ad vitam est, et possessio multitudo organorum est, et servus res possessa animata. Et sicut organum ante organa omnis minister. Si enim posset unumquodque organorum iussu et presentiens perficere suum opus, quemadmodum que Dedali aiunt aut Vulcani tripodas quos ait poeta spontaneos divinum subire agonem, sic si pectines pectinarent ipsi et plectra citharizarent, nichil utique opus esset architectonibus ministris neque dominis servorum. Que quidem dicuntur organa factiva organa sunt, res possessa autem activum. Ex pectine quidem enim alterum aliquid fit preter usum ipsius. Ex veste autem et lecto usus solum. Adhuc quoniam differunt factio specie et actio, et indigent ambe organis, necesse et hec hanc eandem habere differentiam. Vita autem actio, non est factio. Propter quod et servus minister eorum que ad actionem. Res autem possessa dicitur quemadmodum et pars. Pars quidem enim non solum alterius est pars, sed et simpliciter alterius. Similiter autem et res possessa. Propter quod despotes quidem servi despotes solum, illius autem non est. Servus autem non solum despotis servus est, sed et omnino illius. Que quidem igitur natura servi et que virtus, ex hiis manifestum. Qui enim non sui ipsius natura sed alterius homo est, iste natura servus est. Alterius autem est homo, quicumque res possessa aut servus est. Res possessa autem organum activum et separatum.

Utrum autem est aliquis natura talis aut non, et utrum dignius

[illegible commentary]

4

Que quidem dicuntur ... [illegible commentary]

Res autem possessa ... [illegible commentary]

Utrum autem ... [illegible commentary]

[illegible]

[illegible]

et instinus aliud servire quam non. Sed omnis servitus preter naturam est. Post hec considerandum. Non difficile autem et ratione contemplari et ex hiis que fiunt addiscere. Principari enim et subici non solum necessariorum sed expedientium est, et statim ex nativitate quedam segregata sunt, hec quidem ad subici, hec autem ad principari. Et species multe et subiectorum sunt et principantium, et semper melior principatus qui meliorum subiectorum, puta hominis quam bestie. Quod enim efficitur a melioribus melius opus; ubi autem hoc quidem principatur, hoc autem subicitur, est aliquod opus. Quecumque enim ex pluribus constituta sunt et fit unum aliquod commune sive ex continuis sive ex divisis, in omnibus videntur principans et subiectum. Et hoc ex omni natura inest animatis; et enim in non participantibus vita est quidam principatus, puta armonie. Sed hec quidem forte magis exterioris sunt speculationis. Animal autem primum constat ex anima et corpore, quorum hoc quidem principans est natura, hoc autem subiectum. Oportet autem intendere in hiis que secundum naturam habentibus magis quod natura, et non in corruptis. Propter quod et optime dispositum et secundum corpus et secundum animam considerandum, in quo hoc palam. Pestilentium enim et prave se habentium videbitur principari multotiens corpus anime, propter prave et preter naturam habere. Est equidem, sicut dicimus, primum in animali contemplari et despoticum principatum et politicum. Anima quidem enim corpori dominatur despotico principatu, intellectus autem appetitui politico et regali. In quibus est manifestum quod secundum naturam et expediens corpori regi ab anima et passibili parti ab intellectu et parte rationem habente. Ex equo autem aut e contrario nocivum omnibus. Iterum in homine et in aliis animalibus similiter. Mansueta quidem enim silvestribus digniora secundum naturam; hiis autem omnibus melius regi ab homine; adipiscuntur enim salutem sic. Adhuc autem masculum ad feminam natura hoc quidem melius, hoc autem

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

detius, hic quidem principans hic autem principatum. Eodem autem modo
necesse esse et in hominibus. Quicumque quidem igitur tantum distant quantum
anima a corpore et homo a bestia (disponuntur autem hoc modo quicumque
opus corporis usus, et hoc est ab ipsis optimum). isti quidem sunt natura servi
quibus melius est regi hoc principatu, siquidem et predictis. Est
enim natura servus qui potest alterius esse propter quod et alterius est, et qui com-
municat ratione tantum quantum ad sensum recipere, sed non habere. Alia autem animalia
non ratione sentiencia, sed passionibus serviunt. et oportunitas variat
modicum. Ad necessaria enim corpori auxilium fit ab ambobus, et a servis et
a domesticis animalibus. Vult quidem igitur natura et corpora differencia facere que
liberorum et servorum, hec quidem fortia ad necessarium usum, hec autem recta et
inutilia ad tales operationes. Sed utilia ad civilem vitam. Ista autem et fit
divisus ad bellicam oportunitatem et pacificam. Accidit autem multociens
et contrarium, hos quidem corpora habere liberorum, hos autem animas. Cum et
hoc manifestum, quod si tantum fiunt differentes corpore solum quantum deorum
ymagines, subdeficientes omnes dicent utique dignos esse hiis servire.
Si autem in corpore hoc verum, multo iustius hoc in anima diffiniri. Sed non
similiter facile videre pulcritudinem anime et corporis. Quod quidem
igitur sunt natura quidam, hii quidem liberi, hii autem servi, manifestum, quibus
et expedit servire, et iustum est.

Quod autem et qui contraria dicunt secundum modum aliquem dicunt recte non
difficile videre. Dupliciter enim dicitur servire et servus.

Est enim aliquis secundum legem servus et serviens. Lex enim quedam confessio
quedam est in qua in bello superata superalencium dicunt. Hoc itaque iustum multi
eorum qui in legibus quemadmodum rethora scribunt illegalium tamquam
durum si enim inferius potentis et secundum potentiam melioris erit servum
et subditum quod violenciam passum est. et hiis quidem videtur, hiis autem illo

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

[illegible]

modo et sapientum. Causa autem dubitationis et quod facit verba
variari. quia modo aliquo virtus sortita facultatem violentiam pati
potest maxime. et est semper superans in excessu boni alicuius. ut videatur
non sine virtute esse violentiam. Sed de iusto solum esse dubitationem.
propter hoc enim hiis quidem benivolentia videtur iustum esse. hiis autem
ipsum hoc iustum meliorem principari. quoniam separatis seorsum hiis rationibus
neque forte nichil habent improbabile. alie rationes ut non oporteat me
lius secundum virtutem principari et dominari. Totaliter autem attendentes
quidam ut putabile est ad iustum quoddam. lex enim iustum quoddam eam
que secundum bellum servitutem ponunt iustam. omnino autem non aiunt. Princi
pium enim contingit non iustum esse bellorum et indignum servire.
Nequaquam utique dicet aliquis servum esse. Si autem non: accidet eos qui
videntur esse optimi generis servos esse. Et ex servis si contingat vendi
captos. Propter quod ipsos non volunt dicere servos. sed barbaros.
Et quidem cum hoc dicunt nichil aliud querunt quam quod natura servum. Quod quidem
a principio diximus. Necesse enim est dicere aliquos esse hos quidem
a principio servos hos autem nequaquam. Eodem autem modo et de
ingenuitate. ipsos quidem enim non solum apud ipsos ingenuos.
Sed etiam ubique putant. barbaros autem solum domi. tanquam sit aliquod
hoc quidem simpliciter ingenuum et liberum. hoc autem non simpliciter. quem
admodum theodecti elena inquit. Ex ambabus divinis progenitoribus
radicibus quis utique dignificabit addicere servum. Cum autem hic
dicant nichil aliud quam virtute et malitia determinant servum et liberum
et nobiles et ignobiles. Dignificant enim quemadmodum ex homine
hominem. et ex bestiis fieri bestiam. sic et ex bonis bonum. Natura
autem vult quidem hoc facere multotiens non potest. Quod quidem igitur
habet quandam rationem dubitatio. et non sunt hii quidem natura servi

hij aut liberi. palam et quod in quibusdam determinatum est. quod tale quorum hunc
expedit servire. hunc aut dominari. et iustum est. et oportet hic quidem
subici hic aut principari. quo nati sunt principatu principari. Quare
et despotizare. Male aut inutiliter est ambobus. Idem enim expedit
parti et toti et corpori et anime. Servus aut pars quedam domini
velud animatum aliquid corporis. separata aut pars corporis. propter
quod et expediens aliquid est et amicitia servo et domino adinvicem
hiis qui natura tales dignificantur. hiis aut qui non secundum hunc modum sed
secundum legem et violentiam passis contrarium

Manifestum aut et ex hiis quoniam non idem est despotica et po-
litica. neque omnes adinvicem principatus sicut quidam
aiunt. hic quidem enim liberorum natura hic aut servorum est.
Et yconomica quidem monarchia. ab uno enim regitur omnis
domus. politica aut liberorum et equalium principatus. Despo-
tes quidem igitur non dicitur secundum scientiam. sed eo quod talis sit. Similiter
aut et servus et liber. Scientia aut utique erit et despotica et servilis.
Servilis quidem qualem quidem qui in Syracusis erudivit. Ibi enim
accipiens quis precium docuit ancillaria ministeria pueros. erit autem
utique et adplus horum disciplina velud pulmentaria et alia talia
genera ministrationis. Sunt enim alia aliis. hec quidem honorabiliora opera
hec aut necessariora. Et secundum proverbium. Servus ante servum. dominus ante
dominum. Tales quidem igitur omnes serviles scientie sunt. Despotica aut
scientia est que est usiva servorum. Despotes enim non in possidendo
servos sed in utendo servis. Est aut hec scientia nichil magnum habens neque
venerandum. Que enim servum oportet scire facere. illum oportet hec scire precipere.
Propter quibuscumque potestas quod non ipsi male patiantur. procurator
accipit hunc honorem. ipsi aut civiliter vivunt aut philosophantur.

Acquisitiva autem alia a utrisque hiis velud que iusta bellica quedam
existens aut venativa. De servo quidem igitur et domino determinatum sit hoc
modo. Totaliter autem de omni possessione et pecuniativa secundum inductum modum con-
templabimur, quoniam subinductum modum quoniam quidem et servus
possessionis pars quedam erat. Primum quidem igitur dubitabit aliquis
utrum pecuniativa eadem sit yconomice, aut pars quedam, aut subministra-
tiva. Et si subministrativa, utrum ut pectinis factiva textili, aut sicut era-
ria statuifactive. Non enim similiter subministrant, sed hec quidem organa exhi-
bet, hec autem materiam. Dico autem materiam quod supponitur ex quo aliquid perfi-
citur opus, puta textori quidem lana, statuifactive autem es. Quod quidem
igitur non eadem yconomica pecuniative palam. Huius quidem enim est
acquirere, huius autem uti. Que enim erit que utitur hiis que secundum domum preter
yconomicam? Utrum autem pars ipsius est quedam aut altera species,
habet dubitationem. Si enim est pecuniativi videre unde pecunie et
acquisitio et possessio, autem multas complectitur partes et divitie, illa
que primum agricultura utrum pars quedam pecuniative an alterum
quoddam genus, et universaliter que circa cibum cura et acquisitio. Insuper species
multe ciborum, propter quod et multe vite et animalium et hominum sunt. Non enim
possibile est vivere sine cibo. Quare differentie ciborum vitas fecerunt diffe-
rentes animalium. Bestiarum enim hec quidem gregalia, hec autem dispersa sunt, utrocumque
modo expedit ad cibum ipsis, propter hec quidem carnivora, hec autem fructivora,
hec autem omnivora ipsorum esse. Itaque ad desidias et electionem horum
natura vitas ipsorum determinavit. Quoniam autem non idem unicuique delecta-
bile secundum naturam, sed alia aliis, et ipsorum carnivororum et fructivororum
vite ad invicem distant. Similiter autem et hominum, multum enim differunt
horum vite. Qui quidem enim ociosissimi pastuales sunt. Qui enim
a domesticis animalibus cibus sine labore fit vacantibus. Cum autem

nomadum sunt transmigrare pecoribus propter pascua et ipsi coguntur
coassequi tamquam agriculturam viventem colentes. Alii autem ex venatione vi-
vunt et venationis alii alias puta hii quidem a latrocinio hii autem a piscatione
quicumque circa stagna et paludes et fluvios et mare tale habitant
hii autem ab avibus aut bestiis silvestribus. Plurimum autem genus hominum
ex terra vivit et domesticis fructibus. Vite quidem igitur fere tot sunt. Quecumque
quidem spontaneam habent operationem et non per commutationem et
negotiationem ferunt alimentum pastualis furativa et piscativa
venativa. Alii autem et mixtim ex hiis delectabiliter vivunt con-
plentes defectuosissima vita qua sunt deficientes ad esse sufficientem
esse. Puta hii quidem pastualem simul et furativam hii autem agriculturam
et venativam. Similiter autem et circa alias quecumque et opportunitas com-
pellat hoc modo degunt. Talis quidem igitur acquisitio ab ipsa natura videtur data
omnibus sicut secundum primam generationem mox et secundum perfectam. Etenim
secundum eam que a principio generationem hec quidem animalium coexpariunt tantum
alimentum ut sufficiens sit quousque possit ipsum sibi ipsi acquirere quod ge-
neratum velud quecumque vermificant aut ovificant. Quecumque autem alia ani-
malia pariunt habent cibum in se ipsis ad tempus vocatam lactis
naturam. Quare similiter palam quoniam et genitis existimandum plantas
animalium gratia esse. et alia animalia hominum gratia. domestica quidem et propter
usum et propter cibum. Silvestrium autem si non alia omnia tamen
plurima cibi et alterius auxilii gratia ut et vestis et alia organa fiant
ex ipsis. Si igitur natura nichil neque imperfectum facit neque frustra necessarium hominum
gratia ipsa omnia fecisse naturam. Propter quod et bellica natura acquisitiva quodammodo
erit. venativa enim pars qua oportet uti et ad bestias et ad homines quicumque
nati subici non volunt tamquam natura iustum sit hoc predativum bellum et primum.
Una quidem igitur species possessive secundum naturam yconomice pars est quam oportet

existere aut acquirere ipsam ut existat. quarum est thezaurizacio rerum
ad vitam necessariarum et utilium in communione civitatis aut domus. Et videntur
vere divitie ex hiis esse. possessionis enim talis per se sufficientia ad bonam
vitam non infinita est. Sic solon inquit poetizans. divitiarum nullus
terminus positus viris ponitur. ponitur enim quemadmodum et aliis artibus
nullum enim organum infinitum nullius artis est. neque multitudine neque
magnitudine. divitie autem organorum multitudo sunt yconomicorum et poli
ticorum. Quod quidem igitur est quedam possessiva secundum naturam yconomicis et poli
ticis. et propter quam causam. palam

Est autem genus aliud possessive quam maxime vocant et iustum
ipsam vocari pecuniativam. propter quam nullus videtur terminus
esse divitiarum et possessionis. quam ut unam et eandem dicte multi pu
tant propter vicinitatem. est autem neque eadem dicte. neque longe posita
est autem hec quidem natura. hec autem non natura ipsarum. sed per experienciam quandam
et artem fit magis. Sumamus autem de ipsa principium hinc. uniuscuius
que enim rei duplex usus est. ambo autem secundum se. sed non similiter
secundum se. Sed hic quidem proprius hic autem non proprius. ita puta calciamenti cal
ciatio et commutatio. ambo enim calciamenti usus. Et enim commutans
cum eo qui indiget calciamento pro numismate aut cibo utitur calciamento
secundum quod calciamentum sed non secundum proprium usum. Non enim commutacionis
gracia factum est. eodem autem modo se habet et de aliis possessis rebus. Est
enim permutativa omnium que incipit primo quidem ab eo quod secundum naturam. eo quod plus
quidem plura hec autem pauciora sufficientium habent homines. Quare et palam
quod non est secundum naturam pecuniative campsoria. quantum enim sufficiens
ipsis necessarium erat facere commutacionem. In prima quidem igitur communitate hec autem
est domus. manifestum quod nullum est opus ipsius. sed iam ampliori
communitate existente. hii quidem enim propriorum communicabant omnibus. hii autem

peregrinati multis rursum et aliis quorum secundum indigentias necessarium fieri
retributiones quemadmodum adhuc faciunt multe barbarorum nationum secundum
commutationem. Ipsa enim optima ad ipsa commutant, ad plus autem nichil.
Puta vinum triticum dantes et accipientes et aliorum talium unumquodque.
Talis quidem igitur commutativa neque preter naturam neque pecuniative est species
ulla. In supplementum enim eius que secundum naturam per se sufficientie erat. Ex
hac tamen facta est illa secundum rationem magis. Peregrino enim facto auxilio per addu
ci quibus indigebant et emitti quibus habundabant ex necessitate numisma
tis acquisitus est usus. Non enim facile portabile unumquodque secundum naturam
necessariorum. Propter quod ad commutationes tale aliquid composuerunt ad se
met ipsos dare et accipere quod utilium per se ens habebat utilitatem valde
expeditam ad vivere. Puta ferrum et argentum et si quid tale alterum primo
quidem simpliciter determinatum magnitudine et pondere. Postremo autem et carac
terem imprimentibus ut absolvant mensuratione ipsos. Caracter enim
positus est quantitatis signum. Proviso igitur iam numismate ex necessaria commu
tatione altera species pecuniative facta est campsoria primo quidem igitur sim
pliciter forte facta deinde per experientiam iam artificialius unde et quo
transmutatum plurimum faciet lucrum. Propter quod videtur pecuniativa maxi
me circa numisma esse et opus ipsius posse considerare unde erit
multitudo pecuniarum. Factiva enim divitiarum et pecuniarum. Etenim
divitias multotiens ponunt numismatis multitudinem propter circa hec esse
pecuniativam et campsoriam. Aliquando autem rursum deliramentum esse
videtur numisma et lex omnino, natura autem nichil, quoniam transpositis utentibus nullo
dignum neque utile ad aliquid necessariorum. Et numismate dives multo
tiens indigebit necessario cibo. Quamvis inconveniens tales esse divitias quibus
habundans fame peribit quemadmodum et Midam illum fabulose dicunt propter
insatiabilitatem desiderii omnibus sibi exhibitis aureis. Propter quod

quirunt alterum aliquid divitias et pecuniatam recte querentes. Est
enim altera pecuniatia et divitie que secundum naturam. et hec quidem ycono-
mica. Campsoria autem factiva pecuniarum non omnino. sed per pecuniarum
permutationem. et videtur circa numisma hec esse. Numisma enim elementum
et finis commutationis est. Et infinite utique divitie. que ab hac
pecuniativa. Sicut enim medicinalis ad sanare in infinitum est. et
quelibet artium finis in infinitum. Eum maxime enim illum volunt facere
eorum autem que ad finem non in infinitum. terminus enim quod finis omnibus
sit. et huius pecuniative non est finis termini. finis autem tales divitie
et pecuniarum possessio. yconomice autem non pecuniative est terminus
non enim hoc yconomice opus. Propter quod sic quidem videtur omni divi-
tiarum necessarium esse terminum. In hiis autem que fiunt. videmus accidens contrarium
omnes enim in infinitum augent. pecuniam qui ad usum habentes numis-
ma. Causa autem propinquitas ipsorum. Variat enim usus eiusdem ex-
istens utriusque pecuniative. eiusdem enim est. usus acquisitio. sed non
secundum idem. Sed huius quidem alius finis. huius autem augmentatio
. Quare videtur quibusdam hoc esse yconomice opus et perseverant. vel sal-
vare oportere existimantes vel augere numismatis substantiam in infinitum
Causa autem huius dispositionis studere circa vivere. sed non circa bene
vivere. Infinita igitur illa concupiscentia existente. et factiva infinita
desiderant. Quicumque autem ipsius bene vivere adiciunt quod ad fruitiones
corporales querunt. Itaque quoniam circa et hec in possessione videtur existere
omnis conversatio circa acquisitionem pecuniarum est. Et altera species pe-
cuniative propter hoc venit. in excessu enim non existente fruitione
finitivam excessus factivam querunt. Et si non per pecuniativam tamen
possunt acquirere per aliam causam hoc attemptant. unaquaque potentia utentes
non secundum naturam. fortitudinis enim non pecunias facere est. sed audaciam

·neque militaris et medicinalis· Sed huius quidem victoriam huius
autem sanitatem· hij autem omnes faciunt pecuniativas tamquam hoc
finis existat· ad finem autem omnia oportunum occurrere ./ De non necessaria
quidem igitur pecuniativa et que et propter quam causam in indigencia sumus ipsius
dictum est· et de necessaria· quoniam altera quidem ab ipsa yconomica autem secundum naturam
que circa cibum· non sicut ipsa infinita sed habens terminum // Palam
autem et quod dubitabant a principio· utrum yconomici et politici est pe-
cuniativa aut non sed oportet hoc quidem existere· Sicut enim et homines
non facit politica· sed sumens a natura utitur ipsis· Sic et cibum naturam oportet
tradere terram aut mare aut aliud aliquid· Ex hiis autem quo oportet ista
disponere convenit yconomico non enim est textilis lanas facere sed uti
ipsis· et cognoscere etiam qualem utile et conveniens: vel pravum et ineptum ./
Et enim dubitabit utique aliquis propter quid pecuniativa quidem pars
yconomie medicinalis autem non pars quamvis oporteat sanari eos qui in
domo sunt sicut vivere aut aliud aliquid necessariorum· Est autem est quidem ut
yconomici et principis et de sanitate videre· est autem ut non sed medi-
ci· Sic et de pecuniis est quidem ut yconomici· est autem ut non sed sub-
servientis ./ Maxime autem quemadmodum dictum est prius oportet natura hic
existere· Nature opus enim est cibum generato exhibere· Omni enim ex quo
fit cibus quod relinquitur est propter quod secundum naturam est pecuniativa omnibus
ex fructibus et animalibus ./ Dupliciter autem existente ipsa quemadmodum diximus
Et hac quidem campsoria hac autem yconomica· et hac quidem necessaria et
laudata· hac autem translativa· vituperata iuste· Non enim secundum naturam
sed ab invicem est· rationabilissime odio habetur obolostatica eo quod ab ipso
numismate fit acquisitio et non ad quod quidem acquisivimus. Translationis
enim gracia factum est usura· Tokos autem ipsum facit amplius· unde
et nomen istud accepit· Similia enim parta generantibus ipsa sunt. Tokos

aut fit in minisma ex minimismate quare et maxime preter naturam pecuniarum acquisitio est

[E]t aut que ad sciam determinauimus sufficienter que ad usum oportet pertransire omnia enim talia contemplacione liberam habent experienciam aut necessariam. Sunt autem pecuniatiue partes utiles circa possessibilia expertum esse qualia preciosissima et ubi et quomodo puta equorum possessio qualis quedam aut bouum aut ouium. Similiter autem et reliquorum animalium oportet enim expertum esse ad inuicem horum que preciosissima et qualia in quibus locis. Alia enim in aliis habundant regionibus. Deinde de terre cultura et huius iam nude et plantatiue et de apum cultura et aliorum animalium natancium et volatilium a quibus est contingit sortiri auxilium. Proprissime quidem igitur pecuniatiue hee partes et prime. Translatiue autem maxime quidem mercatiua et huius partes tres. nauclería portigia parastasis. differunt autem hec alia ab aliis eo quod hec quidem tutiora sunt. hec autem ampliore acquirunt excrescentiam. Secundum autem terciam usuram. huius autem hec quidem banausarum artium hec autem inartificialium et corpore soli utilium. Quarta autem species pecuniatiue intermedia huius et prime. habet enim et eius que secundum naturam aliquam partem et translatiue. quecumque a terra et ex a terra genitis infructuosis quidem utilibus autem puta silue incisiua et omnis metallica. hec autem multa iam complectitur genera. multe enim species extra metallorum sunt. De unaquaque autem horum uniuersaliter quidem dictum est et nunc. particulariter autem diligenciam dicere utile quidem ad operationes. onerosum autem immorari. Sunt autem maxime artificiales quedam operationum ubi minimum fortune. maxime autem banausice in quibus corpora maculantur maxime. Maxime autem seruiles ubi corporis plurimum usus. Ignobilissime autem ubi minimum requiritur

virtutis. Quoniam autem a quibusdam scripta sunt de hiis puta a Charete Pario et Apollodoro Lemnio de terre cultura et nude et plantate. Similiter autem et ab aliis de aliis hec quidem ex hiis considerentur cuicumque est cura. Adhuc autem et dicta sparsim per que adepti sunt quidam pecuniis intendentes oportet colligere. Omnia enim hec proficua sunt honorantibus pecuniativam, puta et quod tales milesii. Hoc enim est consideratio quedam pecuniativa. Sed illi quidem propter sapientiam adaptant. Contingit autem universale quid existens exprobrantibus enim ipsi propter paupertatem tamquam inutili philosophia existente. Aiunt ipsum considerasse olivarum ubertatem futuram ex astrologia. Adhuc quod hyeme existente habundante pecuniis paucis arrabones dedisse olivarum cultoribus hiis qui in Mileto et Chio omnibus modico pretio data tamquam nullo addiciente. Quando autem tempus venit multis querentibus simul et subito pretium taxans quod voluit tum multas pecunias collegisset demonstrant quia facile est ditari philosophis si velint. Sed non est hoc ita quod student. Tales quidem igitur dicitur hoc modo ostensionem fecisse sapientie. Est autem quemadmodum diximus universale quod tale pecuniativum si quis potest monopoliam sibi preparare propter quod et civitatum quedam hoc modo faciunt divitias cum egeant pecuniis. Monopoliam enim venalium faciunt. Sicilia autem quidam reposito apud se numismate simul emit omne ferrium de ferri mineris. Post hec autem ut venerunt de nundinis mercatores vendebat solus non multum faciens excessum pretii. Sed tamen in quinquaginta talentis superassumpsit centum. Hunc igitur Dionisius sentiens pecunias quidem iussit asportare non tamen amplius manere in Syracusis tamquam divitias invenientem sui ipsius rebus inconvenientes. Quod non visum fuit Thali et huic idem est. Utrique enim sibi ipsis studuerunt fieri monopoliam. Utile autem notificale

h' politicis. multis enim civitatibus opus est pecunie acquisitione
et talibus divitijs. quemadmodum domibus magis autem propter quod et
quedam civiliter gubernantium civiliter gubernantur hec solum

a m autem tres partes yconomice erant / una quidem de
spotica de qua dictum est prius una autem paterna tertia autem
nuptialis. Et enim mulieri preest et natis tamquam liberis quidem ambobus
non eodem autem modo principatus Sed mulieri quidem politice na
tis autem regaliter. masculus enim natura femella principalior. nisi aliqua
liter consistet preter naturam et senius et perfectum iunior et imperfecto. In
politicis quidem igitur principatibus plurimis transmutatur principans
et subditum Et equali enim vult esse secundum naturam et differre nichil. attamen
cum hoc quidem ducetur h' autem subiciatur querunt diversum esse et figuris
et sermonibus et honoribus quemadmodum amasis dixit de pedu
lotore sermonem. masculus autem ad femellam h' modo se habet pu
erorum autem principatus regalis. Quod enim genuit et secundum amorem
principans et secundum senectutem est. quod quidem est regalis species
principatus. propter quod bene homerus iovem appellavit dicens pater
virorumque deorumque regem horum omnium patrem dicens. Natura enim
regem quidem differre oportet. genere autem esse eundem. quod quidem
passum est senius ad iuvenem et qui genuit ad natum // Manifestum
igitur quod amplior sollicitudo yconomie circa homines quam circa inanimatorum
possessione et circa virtutem horum quam circa eam que possessionis quam vo
camus divicias et liberorum magis quam servorum. primo quidem igitur de
servis dubitabit utique aliquis. utrum est virtus aliqua servi
preter organicas et ministrativas alia honorabilior hijs. puta tempe
rancia et fortitudo et iusticia. et aliorum talium habituum. aut non est neque
una preter corporalia servicia // habet enim dubitationem utrobique

Si enim est quid different alibis et si non est existentibus hominibus
et rone participantibus inquietus. fere autem idem est quod queritur
de muliere et puero. utrum et horum sunt virtutes et oportet mulie
rem esse temperatam et fortem et iustam. Et puer est intem
patus. an non. totaliter itaque hoc est considerandum de subiecto natura et principante
utrum eadem virtus aut altera. Si quidem enim oportet ambos parti
cipare kalokagatia. propter quid hunc quidem principari oportebit
utique. hunc autem subici semel. neque enim per magis et minus possibile
est differre. Subici quidem enim et principari specie differunt ma
gis autem et minus nichil. Si autem hunc quidem oportet. hunc autem non
mirabile. Si autem principans non erit sobrius et iustus. quo principabi
tur bene. Si autem subiectus: quo subicietur bene. Intemperatus enim existens
et formidolosus. nichil faciet eorum que oportet. Manifestum igitur
quia necesse quidem participare utrosque virtute. hoc autem esse differentias que
admodum natura et subiectorum. et hoc statim exemplificatur circa animam. In
hac enim est natura hoc quidem principans. hoc autem principatum. quorum
alteram dicimus esse virtutem. puta rationem habentis. et irrationalis. Manifestum
igitur quod eodem modo se habet et in aliis. Quare natura que multa principan
tia et subiecta. Alio enim modo liberum servo principatur. et masculus femine
et vir puero. Et omnibus insunt quidem partes anime. sed insunt diffe
renter. Servus quidem enim omnino non habet consiliativum. femina
habet quidem sed invalidum. puer autem habet quidem. sed imperfectum. Similiter
enim necessarium habere et circa morales virtutes existimandum oportere quidem
participare omnes. sed non eodem modo. sed quantum unicuique ad pro
prium opus. propter quod principem quidem perfectam habere oportet mo
ralem virtutem. opus enim est architectonis. Ratio autem architecton
aliorum autem unicuique quantum attinet ipsis. Itaque manifestum quia est moralis

uirtus. dicendo omnium. et non eadem temperantia mulieris et uiri. neque forti
tudo et iustitia. quemadmodum putauit socrates. Sed hec quidem prin
cipatiua fortitudo. hec autem subministratiua. Similiter autem se habet et circa
alias. palam autem hoc et particulariter magis considerantibus. uniuersaliter enim
dicentes decipiunt se ipsos. quia bene habere animam uirtute aut recta operari
aut ad talium. multo enim melius dicunt enumerantes uirtutes sicut gorgias
quam sic determinantes. Propter quod oportet sicut poeta dixit de muliere
sic putare de omnibus habere. Mulieri ornatum silentium prestat
sed uiro non iam hoc. Quoniam autem puer imperfectus palam quod huius quidem uirtus
non ipsius ad se ipsum est. sed ad finem et ductorem. Similiter autem et
serui ad dominum. posuimus autem ad necessaria. utilem esse seruum. quare palam quod et
uirtute indiget parua et tanta. ut neque propter intemperantiam. neque
propter timiditatem deficiat ab operibus. Dubitabit autem utique aliquis
dicendo dicto. Si uerum. quod et artifices oportebit habere uirtutem. multo
tiens enim propter intemperantiam deficiunt ab operibus. aut differt ab hiis plu
rimum. Seruus quidem enim particeps uite. hic autem remotius. et tantum
imminet uirtutis: quantum et seruitutis. Banausus enim artifex deter
minatam quandam habet seruitutem et seruus quidem eorum que natura.
Coriarius autem nullus neque aliorum artificum. Manifestum igitur quod talis
uirtutis causam esse oportet seruo dominum. sed non doctrinatiuam habentem
opus despoticam. Propter quod dicunt non bene ratione seruos priuantes
et dicentes precepto utendum solum. Monendum enim magis ser
uos quam pueros. Sed de hiis quidem determinatum sit isto modo. De muliere
autem et uiro et natorum et patre. et ea que circa unumquemque ipsorum uirtute
et ea que ad se ipsos conuersatione quid bene et non bene est. et quomodo oportet
quod quidem bene persequi. quod autem male fugere. In hiis que circa politi
cas necessarium superuenire. Quoniam enim domus quidem omnis pars ciuitatis

h' autem domus eam autem que partis: ad eam que totius oportet videre virtutem. necessarium ad politiam respicientes erudire: et pueros et mulieres. Si quidem aliquid differt ad civitatem esse studiosam pueros esse studiosos vel mulieres studiosas. Necessarium autem differre. mulieres quidem enim dimidia pars liberorum: ex pueris autem dispensatores fiunt politie. Quare quoniam de hiis quidem determinatum est. de reliquis autem in aliis dicendum. dimittentes tamquam finem habentes eos qui nunc sermones aliud principium facientes dicamus. et primo consideremus de pronuntiantibus de optima politica etc.

Incipit liber secundus politicorum aristotelis

Quoniam autem considerare volumus de communione politica que sit optima omnium hiis que possunt vivere quam maxime ad votum: oportet et alias considerare politias quibus utuntur quedam civitatum earum que bene regi legibus dicuntur et si que alie existunt a quibusdam dicte et vise bene se habere et ut recte habens appareat et utile. Adhuc autem querere preter ipsas aliud non videatur esse omnino sophizare volentium. sed propter non bene habere has nunc existentes. propter hoc hanc videantur aggredi methodum. Principium autem primo faciendum quod quidem natum est esse principium huius speculationis. Necesse enim aut omnes omnibus communicare cives aut nullo aut quibusdam quidem quibusdam autem non. Nullo quidem igitur communicare manifestum quod impossibile. Civilitas enim communicatio quedam est. et primum necesse loco communicare. locus quidem enim unus qui unius civitatis. cives autem socii unius civitatis. Sed utrum quibuscumque contingat communicare melius est communicare futuram habitare civitatem bene. aut quibusdam quidem: quibusdam autem non melius. Contingit enim et pueris et mulieribus et possessionibus communicare cives

admunitatem quemadmodum in politia platonis. Ibi enim socrates ait oportere comunes pueros et mulieres esse et possessiones. hoc itaque utrum ut nunc melius habere aut iuxta eam que in politia scriptam legem habet. Itaque difficultates alias multas omnium esse mulieres comunes. Et causa propter quam inquit oportere legislatum hoc modo socrates non videtur accidere ex racionibus. Adhuc autem ad finem quam ait oportere existere civitati ut quidem dictum nunc impossibile quo autem dividere nichil determinatum est. dico autem unam esse civitatem tamquam optimum ens quam maxime omnem accipit enim hunc supposicionem socrates. Et nimis manifestum sit quod procedens et facta una magis neque civitas erit. Multitudo enim quedam secundum naturam est civitas facta quod una magis domus quidem ex civitate homo autem ex domo est. magis enim unam domum civitate dicemus utique et unum domo. Quare si potens quis esset hoc operari non faciendum. Interimet enim civitatem. Non solum autem ex pluribus hominibus est civitas sed et ex specie differentibus. Non enim fit civitas ex similibus. Aliud enim compugnatio et civitas. hoc quidem enim quantitate utile quamvis sit idem specie. auxilii enim gratia compugnatio apta nata est. quemadmodum utique si pondus amplius traheret. Differret autem tali et civitas gente cum non per vicos fuerint segregati multitudine. sed velud archades. ex quibus autem oportet unum fieri specie differunt. Propter quod equale contrapassum salvat civitates. quemadmodum in ethicis dictum est prius. quoniam in liberis et equalibus necesse hoc esse. Simul autem non possibile est omnes principari. Sed autem per annum aut secundum aliquem alium ordinem aut tempus. et accidit utique secundum hunc modum ut omnes principentur. quemadmodum utique si transmutarentur coriarii et fabri et non semper idem coriarii essent. Quoniam autem melius sit habere et que circa civitatem politicam: palam quod eosdem semper melius principari si possibile. In quibus autem non

possibile. propter hoc nam equales esse omnes simul aut et iusti
sive boni sive sapientum principari. omnes ipsos participare. Hoc autem
imitatur secundum in parte equales cedere hoc tamquam similes sit a principio
Hii quidem enim principantur hii autem subiciuntur tamquam utique
alii facti et eodem utique modo principantium alii alios principantur
principatus. Manifestum igitur ex hiis quod non aptum natum est
unam sic esse civitatem ut dicunt quidam. et dictum ut maximum
bonum in civitatibus quod civitates interimit. quamvis unicuiusque
bonum salvet unumquodque. Est autem et secundum aliud modum manifestum
quod valde querere unire civitatem non est melius. domus
quidem magis per se sufficiens uno. civitas autem domo. et mult
iam vult esse civitas. cum per se sufficientem accidit esse communitatem
multitudinis. Si quidem magis eligibile quod magis per se
sufficiens. et minus unum eo quod magis eligibilius. At vero neque si
hoc optimum est scilicet unam quam maxime esse communitatem. neque hoc
ostendi videtur per sermonem si omnes simul dicant meum et non meum
hoc enim existimat Socrates signum esse eius quod est civitatem perfecte
esse unam. Omnes enim omnes dupliciter. Si quidem igitur ut unusquisque forsi
tan utique erit magis quod vult facere Socrates unusquisque enim filium
suum ipsius dicet [illegible] eundem. et mulierem utique eandem. et
de substantia et circa [illegible] unumquodque utique contingentium similiter. Nunc
autem non sic dicent. quibus utentes uxoribus et pueris sed omnes
quidem non ut unusquisque autem ipsorum. Similiter autem substantiam omnes quidem
non unusquisque autem ipsorum. Quod quidem igitur paralogismus quidem est
dicere omnes: manifestum. Quod enim omnes et utraque et imparia et
paria propter duplicitatem et in orationibus litigiosos faciunt
sillogismos propter quod est omnes idem dicere sic quidem bonum. sed non possibile

sic autem in communicationibus consentaneum. Adhuc autem alterum habet nocumentum quod dicitur
minime enim cura sortitur quod plurimorum est commune. De propriis enim
maxime curant. De communibus autem minus aut quantum unicuique attinet.
Apud alios enim tamquam alio curante negligunt magis sicut
in ministerialibus famulis multi servientes quandoque deterius serviunt
paucioribus. Fiunt autem unicuique civium mille filii, et isti non ut
uniuscuiusque, sed contingentis contingens similiter est filius. Quare
omnes similiter negligent. Adhuc sic unusquisque meus dicet bene
operantem civium aut male, quotcumque contingit secundum numerum existens, puta meus
aut huius filius, hoc modo dicens secundum unumquemque mille. Aut quotcumque civi-
tas est, et hoc dubitans. Immanifestum enim cui accidit genuisse filium
et salvatum esse genitum. Equidem utrum sic melius meum dicere unumquemque
idem quidem appellantes duorum milium aut decem milium, aut magis ut
nunc in civitatibus meum dicunt. Hic quidem enim filium suum, hic autem fratrem
suum appellat eundem, hic autem nepotem aut secundum aliam quandam cognationem
aut consanguinitatis aut secundum familiaritatem et curam ipsius primum aut eorum
qui ipsius. Adhuc autem alterum fratruelem aut contribulem. Melius enim proprium
nepotem esse quam predictum isto filium. Quin immo sed neque diffugere possibile
non quosdam suspicari suos ipsorum fratres et pueros et patres et matres. Secundum
similitudines enim que fiunt pueris ad [illegible] generantes necessarium
accipere de invicem credulitates. Quod quidem quidam accidere tenere aiunt historias
describentium. Esse enim quibusdam de superiori Libia communes uxores, na-
tos tamen pueros dividi secundum similitudines. Sunt autem quedam etiam femelle et
aliorum animalium, puta eque et boves, que valde nate sunt similes red-
dere natos parentibus, quemadmodum que in Farsalo vocata iusta equa.
Adhuc autem et tales difficultates non facile devitare hanc construentibus
communitatem, puta vulnerationes et homicidia involuntaria, hec autem vo-

limtaria et pugnas et malediciones. quorum nullum conveniens
est fieri ad patres et matres et eos qui non longe secundum cognationem sunt
quemadmodum et eos qui longe. quin et plura accidere necesse ignorantibus
quam scientibus. Et factorum scientibus quidem contingit putatas fieri
solutiones aliis autem neque unam. Inconveniens autem et quecumque facientes
filios communes solum auferre ab amantibus amare autem non prohibere
usus alios quos patri ad filium esse omnium est indecentissimum et fratri
ad fratrem. quoniam et amare solum. Inconveniens autem et coitum auferre propter
aliam causam quidem neque unam ut valde vehementi delectatione facta
quia autem hic quidem pater ille autem filius. hii autem fratres adinvicem nil putare
differre. 8 Videtur autem magis terre cultoribus esse utile quecumque esse uxo
res et pueros quam custodibus. 9 minus enim erit amicitia quibus communibus
pueris et uxoribus. 10 oportet autem tales esse subiectos ad obedire et ad non
innovare. 11 Totaliter autem accidere necesse propter talem legem contrarium eorum
quorum recte ponentes leges causas fieri. et propter quod Socrates sic arbitratur
esse oportere ordinare que circa pueros et uxores. Amicitiam quidem enim pu
tamus maximum esse bonorum civitatibus. sic enim minime seditiones
facient. et unam esse civitatem collaudat maxime Socrates quod et videtur
et ille esse inquit amicitie opus quemadmodum in amatoriis sermonibus
scimus dicentem Aristophanem quod amantibus propter nimis diligere desiderantibus
connasci unum fieri esse et ambos fieri unum ex duobus existentibus. hic quidem
igitur necesse ambos corruptos esse aut unum. In civitate autem amicitiam
necesse remissam fieri propter communionem talem. et minime dicere meum. aut filium
patrem: aut patrem filium. Sicut enim modicum dulce in multam aquam mixtum
insensibilem facit mixtionem. Sic accidit et familiaritatem adinvicem eam
que ex nominibus hiis curare minime necesse existens in politia tali. aut
patrem filiorum. aut filium ut patris. aut fratres invicem. 12 Duo enim sunt que maxime

fatiunt sollicite curare homines et diligere proprium et dilectum quorum neutrum
possibile est existere hiis qui sic civiliter conversantur. At vero et de eo quod
est transferri natos puerorum. hos quidem ex agricultoribus et artificibus ad
custodes. hos autem ex hiis ad illos multam habet turbationem quo et modo
et cognoscere necesse est. dantes et transferentes quibus quos dant. Adhuc
autem et antiquiora dicta magis in hiis necesse accidere. puta violationes amores
homicidia. Non enim adhuc appellant fratres et pueros et patres et
matres qui in alios cives dati custodes. Et rursum qui apud alios cives
ut vereantur talium aliquid operari propter cognationem. De ea quidem igitur que circa pueros
et uxores communione: determinatum sit hoc modo.

Habitum autem hiis est considerare de possessione quomodo oportet
constitui futuris conversari secundum optimam politiam. utrum communem
aut non communem: oportet esse possessionem. Hoc autem utique quis considerabit. Et se-
orsum ex hiis que legis statuta de pueris et uxoribus. Dico autem que circa pos-
sessionem utrum et si sint illa seorsum secundum modum quem nunc se habent omnes
communes esse possessiones melius. et usus puta campos quidem seorsum
fructus autem in communem ferentes: expendere. quod quidem quedam faciunt na-
cionum. aut contrario modo terram quidem communem esse et colere communiter. fructus
autem dividi ad proprios usus. Dicunt autem quidem et hoc modo communicare barba-
rorum aliqui et campos et fructus communes. Aliis quidem existentibus cultoribus
aliis utique erit modo et facilior ipsis. autem sibi laborantibus que circa pos-
sessiones plures utique exhibebant difficultates. Etenim in fructi-
bus et operibus non factis equalibus sed inequalibus. necesse accusationes fieri
ad fruentes quidem sed accipientes quidem multa. pauca autem laboran-
tes ab hiis qui minus quidem accipiunt. plus autem laborant. Omnino autem
convivere. et communicare humanis omnibus difficile. et maxime talibus
ostendunt autem comperegrinantium communitates. Fere enim plurimi dissidentes

ex hiis que in potibus et expuis propulsantes inuita. Ad hoc
aut famulantium hiis maxime offendimur quibus plurimu indigem
administrationes ancillares. Communes quidem igitur esse possessiones has
et alias tales habent difficultates. Eo aut modo quo nunc se habet sub
ornatu consuetudinibus et ordine legum rectarum non modicum utique
differet. Habebit enim quod ex ambobus bonum. Dico aut quod ex ambobus
quod ex communes esse possessiones et quod et proprias. Oportet enim aliqualiter modo
quidem esse communes. Omnino aut proprias. Cure quidem enim divise litigia ad in
uicem non facient. magis aut sic addent ut ad proprium unicuique insiste
tes. propter uirtutem aut erit aduti secundum puerbium communia que amicorum.
Est aut nunc hoc modo in quibusdam ciuitatibus sic subscriptum tamquam non
existens impossibile. et maxime in bene dispositis. hoc quidem sunt hoc aut fient
utique. Propriam enim unusquisque possessionem habens hoc quidem utilia facit amicis
hiis aut utitur tamquam communibus. velud et in lacedemonia. Seruis utuntur
hiis quam inuicem ut dicitur propriis. Adhuc aut equis et canibus si indigeant
primatiis magis pe regrinacionem. Manifestum igitur quod melius esse quidem pro
prias possessiones. usu aut facere communes. Quo aut fiant tales le
gislatoris hoc opus proprium est. Adhuc aut et ad delectacione inenarra
bile. quantum differt putare aliquod proprium. Neququam enim uane eam que ad se ipm
habet amiciciam unusquisque. sed est hoc naturale. Filauton aut esse uituperatur
et iuste. Non est aut hoc amare se ipm. sed magis quam oportet se ipm amare
quemadmodum et amatores pecuniarum. quoniam amant quidem omnes unum quodque
talium unusquisque talium. At uero et largiri et auxiliari amicis aut extra
neis aut aliis delectabilissimum quod fit in possessione propria existente. hec
itaque accidunt nimis unum facientibus ciuitatem. Et adhuc interimunt
opera duarum uirtutum. manifeste temperantie quidem circa mulieres. opus
enim bonum abaliena existente abstinere propter temperantiam liberalitatis

aut ita possessiones. Neque enim erit manifestus liberalis existens. neque
operabitur actum liberalem. neque unum. In usu enim possessionum liberali
tatis opus est. Bone faciei quidem talis legislatio et filantro
pos utique esse videbitur. audiens enim gaudens suscipit. putans fore
amicitiam quandam mirabilem omnibus ad omnes. aliter quam cum accu
sat aliquis que nunc existentia in politiis mala. tamquam facta propter non communem
esse substantiam. Dico autem deceptationes ad invicem circa contractum et falsorum testi
moniorum iudicia et divitum adulationes. Quorum nichil fit propter
incommunicationem. sed propter maliciam. quoniam et communia vel communicata possidentes
et communicantes: multo magis dissidentes videmus quam separatim substantias
habentes. Sed videmus paucos communicationibus dissidentes ad multos
comparantes possidentes segregatim possessiones. Adhuc autem iustum
non solum dicere quantis privantur malis communicantes. sed etiam quantis bonis
unus autem esse omnino impossibilis vita. Causa autem deviationis socrati oportet putare
suppositionem non entem rectam. Oportet quidem enim esse modo aliquo unam et
domum et civitatem. sed non omnino. Est quidem enim ut non erit procedens
civitas. est autem ut erit quidem prope autem existens ut non sit civitas erit
deterior civitas. quemadmodum utique si quis simphoniam faciat omofo
niam aut rithmum basem unam. Sed oportet multitudinem existentem que
admodum dictum est prius propter disciplinam communem et unam facere et futu
ram disciplinam inducere. et putantem per hanc fore civitatem studiosam
inconveniens talibus existimare dirigere. sed non consuetudinibus et
philosophia et legibus. Quemadmodum que circa possessiones in lacedemonia
et creta per convivia legislator communicavit. Oportet autem neque hoc ipsum ignorare
quia oportet attendere multo tempore et multis annis. in quibus non utique latet
at si hec bene se haberent. Omnia enim fere inventa sunt quidem. Sed hec quidem
non collecta sunt. hiis autem non utuntur cognoscentes. Maxime

aut fiet utique manifestum si quis opibus videat talem politiam con
structam. Non enim poterit non partiens ipsa et separans: facere civitatem
hanc quidem in convivia. hanc autem in fratrias et tribus. itaque et nichil aliud accidet
esse lege statutum. praeter non agros colere municipes. quod et nunc lacedemo
nii facere conantur. Verumtamen neque modus totius politie quis
erit communicantibus. neque dixit socrates: neque facile dicere equidem secundum multi
tudo civitatis diversorum civium fit multitudo. de quibus nichil determinatum
est. Utrum propria et agricolis oportet esse et possessiones. an secundum unumquemque communes
adhuc autem uxores et pueros proprios aut communes. Siquidem enim eodem
modo communia omnia omnibus. quid different ab illis municipibus. Aut quid
plus sustinentibus principatum ipsorum. aut quid passi sufferent prima
patum nisi aliquid sapiat tale: quale cretenses. illi enim alia hiis servis dimit
tentes. solum negant gymnasia et armorum possessionem. Si autem
quemadmodum in aliis civitatibus. et apud illos erunt talia. quis modus
erit communitatis. In una enim civitate duas civitates esse necesse. et has
sibi contrarias invicem. faciunt enim hos quidem municipes velud custodes
agricolas autem et artifices et alios cives. Accusationes autem et discep
tationes et quecunque alia civitatibus existere inquit mala omnia existent
et hiis communiter dicat socrates quod non multis indigebunt legalibus propter
disciplinam. puta legibus circa municipia. et circa forum. et aliis talibus
attribuens solum disciplinam municipibus. Adhuc autem dominos facit rerum
possessarum. agricolas oblationem ferentes. Sed multo magis verisimile est gra
ves esse. et astutiis plenos quam quibusdam obsequia et humiliationes
et servitutes. Verum sive necessaria hec similiter sive non. nunc nichil determinatum
est. et de hiis quae horum politia et disciplina et leges quales. Est autem ne
que invenire facile neque differens modicum quales quosdam esse hos ad salvandam

municipum communitatem. At vero si uxores quidem faciet communes, posses-
siones autem proprias, quis dispensabit. Et iterum si quis possessiones et agri-
colarum uxores quemadmodum quam magis viri propriorum. Inconveniens autem et ex
bestiis facere parabolam, quia oportet eadem studere mulieres viris, quibus
yconomie nichil attinet. Periculosum autem et principes quos instituit
Socrates. Semper enim facit eosdem principes. Hoc autem seditionis causa fit et
apud nullam dignitatem possidentes. Si aliunde utique apud animo-
sos et bellicosos viros. Quod autem necessarium ipsi facere eosdem principes mani-
festum: non enim quandoque quidem aliis mixtum est animabus a deo aurum, sed semper
eisdem. Ait autem hiis quidem mox genitis misce aurum, hiis autem argen-
tum, es autem et ferrum artificibus futuris et agricolis. Adhuc autem et
felicitatem auferens a municipibus totam inquit oportere felicem facere
civitatem legislatorem. Impossibile autem felicitare totam, non pluribus aut
non omnibus partibus aut quibusdam habentibus felicitatem. Non enim eorum
felicitare quorum et par. Hoc quidem enim contingit toti inesse, partium autem
neutri. Felicitare autem impossibile. At vero si municipes non felices, qui alii?
Non enim utique artifices et multitudo banausorum. Politia quidem igitur
de qua Socrates dixit has dubitationes habet et hiis non minores.

f Fere autem similiter et que circa leges sunt posterius scriptas.
Propter quod et de ea que hic politia considerare modica me-
lius et enim in politia de paucis omnino determinavit Socrates, de mulierum et
puerorum communione quomodo habere oportet et de possessione et politie ordinem.
Dividitur autem in duas partes multitudo habitantium, hoc quidem in agricolas,
hoc autem in partem que ad bellum. Tertium autem ex hiis consilians et princi-
pale civitatis. De agricolis autem et artificibus utrum nullo aut aliquo
participant principatu, et utrum arma oportet possidere et simul hos et
compugnare aut non, de hiis nichil determinavit Socrates. Sed uxores

quidem existimat oportere simul bellare · et disciplina participare eadem
municipibus · Alia autem extrinsecis replevit sermonibus · Et de dis
ciplina qualem quidam oportet fieri municipibus · Legum autem plurima quidem
posuit leges existunt entes · puta autem de politia dixit · et hanc volens commi
onem civitatibus · Secundum modicum circumducit iterum ad aliam politiam
preter mulierum enim communionem et possessionis alia eadem tradit amba
bus politiis · Et enim disciplinam eandem et quod ab operibus necessariis absti
nentes vivere et de conviviis similiter · Verumptamen in hac dicit oportere
esse communia mulierum et hanc mille arma possidentium · hanc autem quinque
milium · Superfluum quidem igitur habent omnes socratis sermones · et leve et novum
et quesitionibus pleni · bene autem omnia forte difficile est · Quoniam et nunc dictam
multitudinem oportet non latere quod regione babilonica vel aliqua alia infi
nita · opus erit tot multitudine ex quo ociosi quinque milia nutriantur · Et
preter hos mulierum et famulorum alia turba multo maiorum · Oportet quidem
igitur supponere ad votum · nichil tamen impossibile · dicitur autem quod oportet legislatorem ad duo re
spicientem ponere leges · ad regionem et homines · Adhuc autem bene se habet ap
ponere et finitimorum loca · Primum quidem si oportet civitatem vivere vitam po
liticam non monoticam · Non enim solum necessarium est ipsam talibus uti ad
bellum armis que utilia secundum propriam regionem sunt · sed ad extranea loca ·
Si quis autem non talem acceptat vitam · neque propriam neque communem civitatis
nichil minus oportet terribiles esse inimicis · non solum venientibus in re
gionem sed et discedentibus · Et multitudinem autem possessionis videre
oportet · ne forte melius aliter modo determinetur plane magis · Tantam
enim inquit esse oportere ut vivatur temperate · quemadmodum si quis dicat
ut vivatur bene · hoc enim est universale magis · Adhuc autem est temperate quidem
misere autem vivere · sed melior determinatio temperate et liberaliter · Sepa
tim enim utrumque · hoc quidem delicari assequitur · hoc autem laboriose vivere

quoniam soli habitus sunt virtutes circa habitudinem substantie. puta substantia mansuete
aut fortitudine uti non est. temperate autem et liberaliter est. quare et usus hos ne
cessarium esse circa ipsam. Inconveniens autem et possessiones adequa
tem circa multitudinem civium non constituere. sed sinere puerorum procreationem infi
nitam. Tamquam sufficienter utique videntem ad eandem multitudinem
propter sterilitates quotcumque generationes. quia ut hic et nunc accidere circa civitates. oportet
autem hoc non similiter circa habere circa civitates tunc et nunc. Nunc quidem enim
nullus dubitabit eo quod partite sunt substantie ad quantamcumque multitudinem
tunc autem indivisis existentibus necesse deiectos nichil habere sive pauciores
sint secundum multitudinem sive plures. Magis autem suppositabitur quis utique
oportere determinatam esse puerorum procreationem quam substantiam. ut non ultra quendam
plures generent. Hanc autem multitudinem ponere aspicientem ad fortunas
si accidat mori quosdam genitorum et ad aliorum sterilitatem. Sinere quemad
modum in aliis civitatibus paupertatis necessarium causam fieri civibus. penuria
autem seditionem efficit et malignitatem. Phidon quidem igitur corinthius
existens legislator antiquorum domus opinatus est oportere permanere
et multitudinem civium. et si primo inequales habuissent sortes omnes secundum
magnitudinem. In legibus autem hiis contrarium est. Sed de hiis quidem
quomodo utique estimamus melius habere dicendum posterius. Derelictum
est autem legibus hiis et que circa principes quomodo erunt differentes a subiectis
dicit enim oportere quemadmodum ex alto lane filatum sit quam licium: sic et
principes habere oportet ad subiectos. Et quoniam autem omnem substantiam sinit fieri
maiorem usque ad quintuplum: propter quid hoc non utique erit in terra usque aliquid
Et domiciliorum autem divisionem oportet considerare. ne forte non expediat
ad yconomiam. duo enim domicilia cuilibet distribuebat dividens seor
sum. difficile autem domos duas habitare. Coordinatio autem tota vult
quidem esse in democratia. neque oligarchia. media autem harum quam vocant
policiam

exoutentibus enim armis est // Si quidem igitur ut quissimam hanc construit
civitatibus aliquis politiarum bene dixit forte. Si autem ut optima post
primam politiam: non bene. Forsitan enim eam que laconorum aliquis utique
laudabit magis vel et aliam aliquam magis aristocraticam // Quidam
quidem igitur dicunt quod oportet optimam politiam ex omnibus esse civibus
mixtam propter quod et lacedemoniorum laudant esse enim ipsam hii quidem
ex oligarchia et monarchia et democratia aiunt dicentes. Regnum quidem
monarchiam. seniorum autem principatum oligarchiam. democratice autem
principari secundum plebeiorum principatum propter exemplo esse ephoros. alii autem
ephoriam quidem esse tirannidem. democratice autem principari secundum communia
et aliam vitam cotidianam // In legibus autem hiis dictum est quod opor-
tet componi optimam politiam ex democratia et tirannide. Quas
autem omnino non utique aliquis ponet politias aut pessimas omnibus
Melius igitur dicunt qui plures commiscent Ex pluribus enim composita politia me-
lior // Deinde neque habens videtur monarchicum nichil. sed oligarchica et
democratica. magis autem declinare vult ad oligarchiam // Palam autem
ex principantium institutione. Ex quidem enim ex electis sortiales
que est ambobus. Ex autem habundantioribus necessarium sit et votare et
ferre principes. aut facere aliquod aliud politicorum. hos autem dimittere oligar-
chicum. et temptare plures ex habundantibus esse principes et maxi-
mos. et maximis honorabilitatibus // Oligarchicam autem facit et
consilii electionem. Eligunt quidem enim omnes necessario. sed ex prima honorabili-
tate. deinde rursum equales ex secunda. deinde ex tertiis. verumptamen non omnibus
erat necessarium. hiis qui ex tertiis aut quartis. Ex quarto autem quatuor necessarium solis primis
et secundis. deinde ex hiis ex equalibus honorabilitate ait oportere ostendere
equalem numerum. Erunt autem plures qui ex maximis honorabilitatibus et
propter quosdam populorum non eligere. quia non necessarium // Quod quidem igitur ex

ex democratia et monarchia oportet constare talem politiam ex hiis
manifestum et ex posterius dicendis cum incidit de tali policia con
sideratio. Habet autem et circa electionem principum scilicet quod ex electis eligibi
les periculosum. Si enim aliqui insimul uelint et mediocres multitudine
semper ad horum ad horum eliguntur uoluntatem. Que quidem igitur circa
politiam que in legibus habet habent modum etc.

S sunt autem quedam politie et alie. hee quidem ydiotarum
hee autem philosophorum et ciuilium omnes autem constitutarum et secundum
quas politice uiuunt. magis propinque sunt hiis ambabus. Nullus enim
neque eam que circa pueros communitatem et uxores. alius adinuenit neque
circa conuiuia mulierum sed a necessariis inchoant magis. Videtur enim quibusdam
quod circa substantias esse maximum maximum ordinari bene. De hiis enim fieri aiunt seditio
nes omnes. Propter quod phaleas calcedonius hoc intulit primus. Dicit enim oportere
equales esse possessiones ciuium. hoc autem eas que habitari incipiebant ciui
tates quidem confestim non difficile existimabat facere. eas autem
que iam habitabantur laboriosius quidem tamen celerrime utique regulari
per dotes. diuites dare quidem accipere autem non. pauperes autem non dare quidem
accipere autem. Plato autem leges scribens usque ad aliquid quidem putabat
oportere plus autem quam quintuplum esse minime possessionis. nulli ciuium
potestatem esse possidere quemadmodum dictum est et prius. Oportet autem neque
hoc latere sic leges ferentes quod latet nunc quam substantie statuentes multitu
dine conuenit et filiorum multitudine ordinare. Si enim excedit substantie multi
tudine puerorum numerus: necesse legem solui. et sine solutione prauum. multos
ex diuitibus fieri pauperes. Opus enim non innouatores esse tales.
Quia quidem igitur habet quandam potentiam ad politicam communitatem substantie regularitas
et antiquorum quidam uidentur cognouisse. Velut etiam Solon lege statuit
et apud alios est lex. que prohibet possidere terram quantamcumque uoluit

quis. Similit aut et sbam uende leges phibent. sic in lucris lex est
non uende. n manifestu infortuniu ostendatur accidisse. Adhuc aut
antiquas sortes conseruare. h' aut solutu et ita leucadam democrita
valde fec politiam ipoia. Non em adhuc contingebat ad ecmatis
dignitatibus ad principatus pcedere. Set c equalitate quidem ee
sbe. hunc aut ul valde multa esse ut delitiose uiuat tenaciter. palam
q. qm sufficiens sbas equles facere. erit legis lator. sed mediu coniectura
dum. Adhuc aut si quis mediocrem ordinauit sbam: omnibus nichil
prodest. magis em oportet concupiscencias equare. qm sbas h' aut no
est. n eruditis sufficienter a legibus. Set forte utiqz dicet felleas q
h' dicit ipse putat em duorum horum equalitatem opte existere ciuitatibus
possessionis et disciplme. Sed disciplinam quidem que erit oportet dice
et unam ee et eandem. nichil utile est em eandem quidem esse et
una. si hunc esse talem. ex qua erunt electiui. supergrediant pecunijs aut
honore aut simul utrisqz. Adhuc dissident non solum ppt inequalita
tem possessionis. sz etc ppt honorum inequalitate. econtrario aut circa
vtrunqz. multi quidem em ppt inequale circa possessiones. gratiosi
aut de honoribus. sz equales. vnde et indigent honore. h' quidem ma
lus. h' aut bonus. Non solum aut homines ppt necessaria iniuriant
quorum remediu esse putat equalitatem sbe ut non spolient pp
rigere aut esurire. sz ut gaudeant et no concupiscant. Si em maiore
heant concupiam necessariorum: pp hanc medicinam: iniuriabunt. Nonqz
pp hunc solum. sed et si desiderent ut gaudeant sn tristicijs delectationibus
. Quod qz remediu horum tu: hijs quidem sba mediocra. et operacio. hijs aut
temperancia. Tam aut si aliqui possint per ipsa gaude no utiqz querent nisi a
phia remediu. alie em hominibus indigent. Iniuriant aut maxi
me ppt excellencias. sed no propter necessaria. puta tirannides eperunt

non ut non rigeant. propter quod et honores magni si iniustificat quis
non furem sed tyrannum. Itaque ad modicas iniurias auxiliatur solum modus
Phalei politie. Adhuc multa est opus constitui ex quibus ad se ipsos con-
versentur bene. Oportet autem et ad vicinos et ad extraneos omnes. Necessarium igitur
politiam constitui ad bellicum robur: de qua ille nichil dixit. Similiter
autem et de possessione. Oportet autem non solum ad politicos usus sufficien-
tem existere sed et ad extrinseca pericula. propter quod quidem neque tantam oportet multi-
tudinem existere quam propinqui et meliores concupiscent. habentes autem suffi-
cere non possint molestantes. neque sic modicam ut non possint bellum suf-
ferre neque equalium et similium. Ille quidem igitur nichil declaravit. Oportet autem
hoc non latere quod confert multitudo substantie. Forte igitur optimus terminus ut
non proficuum sit melioribus propter habundantiam bellare. Sed sic ut
utique est non habentibus tantam substantiam. Veluti Eubolus Autofradati vo-
lenti Atarneam obsidere: precepit ipsum considerantem in quanto tempore capiet
locum. computari temporis huius expensam. debere enim minus hoc sumentem
derelinquere iam Atarneam. Hec autem dicens fecit Autofradatem con-
sentientem fieri cessare ab obsidione. Est quidem igitur aliquid expedien-
cium. substantias esse equales civibus ad non seditiones facere ad invicem. Attamen magnum
ut ita est dicere. Etenim gratiosi utique indignabuntur ut non equalium existentes
digni propter quod et videntur frequenter molesti et seditiones moventes. Adhuc
autem malicia hominum irrepletum [lib] et primum quidem sufficiens duo oboli solum
. Cum autem iam hoc fuerit patrium semper indigent pluribus. quousque in infinitum ve-
niant. Infinita enim concupiscentie natura. cuius utique repletionem multi vivunt
. Talium igitur principium magis quam substantias regulari. epieikeis quidem natura ta-
les constituere ut non velint avare agere. pravos autem ut non possint. Hoc autem
est si minores sint et non iniusta patiantur. Non bene autem neque equalita-
tem substantie dixit. Circa terre enim possessionem adequat solum. Sunt autem

et fuori et pecorum divitie et numismatis. et apparatus multa. eorumque
supplectilia vocantur. dum quod omnium horum equalitatem querendum aut ordinem
quemadmodum moderatum aut omnia dimittendum. Videtur autem ex legis
latione construens civitatem modicam. Siquidem artifices omnes publici
erunt. et non supplementum aliquod exhibebunt civitatis. Sed siquidem oportet
publicos esse qui ad opera communia operantes. oportet sicut in epidamno et sicut dyofantus aliquando
constituit athenis. hoc habere modum. de phalea quidem politia fere ex hiis
utique quis speculabitur si quid bene dixit aut non bene

1 Ypodamus autem eurifontis milesius qui et civitatum divisione
invenit. et pyreum incidit. factus circa aliam vitam magis su
perfluus propter honoris amorem sic ut videatur quibusdam vivere curiosius ca
pillorum multitudine et comis. adhuc autem vestitus vilis quidem sed calidi
non in yeme solum sed etiam circa estiva tempora. Conatus autem et circa totam
naturam esse volens primus non politicorum inventorum conatus est aliquid de politia
dicere optima. Construxit autem civitatem multitudine quidem x milium vi
rorum. in tres autem partes divisam. fecit enim unam quidem partem artifices unam
autem agricolas. terciam autem propugnantem et arma habentem. Dividebat autem
in tres partes regionem: hanc quidem sacram. hanc autem publicam. hanc autem propriam
Unde quidem reputata faciant ad deos: sacram. de quibus autem propugnatores vivant
communem. agricolarum autem propriam. Putavit autem et species legum esse tres solum
de quibus enim disceptationes fiunt: tria hec esse numero. iniuriam nocumentum mor
tem. legem autem statuit et pretorium unum principale ad quod omnes reduci
oportet causas que non bene iudicate esse videntur. hoc autem construxit ex quibusdam
senibus electis. Iudicia enim iniustorum non per sententie collationem putabat
fieri oportere. sed ferre unumquemque pugillare in quo scribatur si condempnetur
simpliciter. Si autem absolvatur simpliciter: vacuum. Si autem hoc quidem. hoc autem
non. hoc determinare. Nunc enim non putabit legem statutum esse bene cogere

enim dicere hec vel hec disceptantes. Adhuc autem legem posuit de invenientibus aliquid civitati expediens quatenus adipiscantur honorem. Et puerorum eorum qui in bello moriuntur de publico fieri cibum, tamquam nondum apud alios lege statutum. Est autem et in Athenis ista lex nunc et in aliis civitatum. Principes autem a populo eligi omnes. Populum autem faciebat tres partes civitatis. Electos autem curare de communibus et peregrinorum et orphanis. Plurima quidem igitur et que maxime ratione digna Hippodami ordinationis hec sunt. Dubitabit autem utique aliquis primum quidem circa distributionem multitudinis civium. Artifices enim et agricole et quidem non habentes arma. Artifices autem et arma habentes communicant politia omnes. Agricole quidem non habentes arma. Artifices autem neque terram neque arma. Quare fiunt fere servi arma possidentium. Participare quidem igitur omnibus honoribus non est possibile. Necesse enim ex arma habentibus constitui et duces exercitus et civium rectores et principalissimos principatus ut est dicere. Non participantes autem polyteia quomodo possibile est amicabiliter se habere ad poleteyam. Sed oportet et meliores esse arma possidentes ambabus partibus. Hoc autem non facile non multos existentes. Si autem hoc erit, quid oportet alios participare politia et dominos esse constitutionis principum. Adhuc agricole quid utiles civitati. Artifices quidem enim necessarium esse. Omnis enim indiget civitas artificibus et possunt permanere quemadmodum in aliis civitatibus ab arte. Agricole autem acquirentes quidem arma possidentibus cibum rationabiliter erunt aliqua pars civitatis. Nunc autem propriam habent et hanc propriam colent. Adhuc autem communem a qua propugnantes habebunt cibum, si eandem ipsi colent, non utique erit pugnans alterum et agros colens. Vult autem legislator alterum esse. Si autem alii quidem erunt ab hiis qui propria colunt et bellantibus, quarta utique pars erit haec civitatis, nullo participans, sed aliena a politeia. At vero si quis eosdem ponat eos qui propriam et qui communem colant, et multitudo deficiens erit fructuum ex quibus unusquisque ministrabat duas domus. Et cuius gratia non statim ex

tra et eisdem partibus super ipsis cibum sumet. et iure plus exhibebunt. haec itaque
omnia multam habent turbationem. Non bene autem neque de iudicio habet lex iudi
care diffinitans dividentes causam simpliciter scripta et sic iudicem dispositorem
hoc autem in dispositione quidem in pluribus contingit. Colloquuntur enim ad invicem
de iudicio. Propterea autem non est sed contrarium hiis legislatores multi statuunt
ut iudices non colloquantur ad invicem. Deinde quomodo non erit plenum turbatione
iudicium. cum debere iudex condemnare existimaverit non tantum quantum litigans hic
condemnem in viginti minas. Iudex autem iudicat x. minas. Aut hic quidem plus
hic autem minus. Alius autem quinque. hic autem iiii^or. Alius ita que modo palam quod patiente
hii quidem omnia condempnabunt. hii autem non. Quis ergo modus erit dispu
tationis sententiarum. Adhuc nullus deierare cogit simpliciter abiudicantem an si
quidem simpliciter accusatio scripta est iuste. Non enim nichil debere abiudicans
iudicat. Sed viginti minas sed illud deierat condempnatus non putans
debere xx. minas. De eo autem quod invenientibus aliquid civitati utile opor
teat fieri quendam honorem non est securum legem ferre. Sed boni aspectus au
dire solum habet enim calumpnias et motus si eveniat politie. Incidit
autem in aliud problema et considerationem aliam. dubitant enim quidam utrum
nocivum aut expediens civitatibus amovere patrias leges si sit aliqua
alia melior. Propter quod quidem non facile est velociter consentire si quidem
non expedit amovere contingit autem inducere quosdam legum solutionem
aut politie ut quod bonum. Quoniam autem fecimus memoriam modicum
amplius de ipso dilatare melius. Habet enim quemadmodum diximus dubitationes
et videbitur utique melius esse amovere. In aliis enim scientiis hoc contulit. puta
medicinali mota extra patria et gymnastica et totaliter artes omnes
et virtutes. Quare cum unam harum ponendum et politicam. palam quia et
circa hanc necessarium similiter habere. Signum autem utique fiet dicet aliquis in ipsis
operibus. Antiquas enim leges valde simplices esse et barbaricas. Ferrum

em portabant et greci et uxores emebant ab inuicem. Quecumque aut
reliqua antiquorum sunt alicubi legalium: stulta omnino sunt. puta in Cumi
circa homicidia lex est. si multitudo quadam testium astiterit persequens homici
dam qui suorum cognatorum reum esse homicidii fugientem. Querunt
aut totaliter non quod patrium sed quod bonum omnes. Verisimile quod primi
terrigene erant siue ex corruptione quadam saluati sunt. Similiter
esse et contingentes et insipientes quemadmodum et dicitur de terrigenis. Quare
inconueniens manere in horum dogmatibus. Adhuc aut neque scriptas sinere immobiles melius.
Sicut enim et circa alias artes et circa politicum ordinem impossibile diligenter omnia
scripta esse. Uniuersaliter enim necessarium scribere. actus aut de particularibus sunt. Ex hiis
quidem igitur manifestum quod quedam amouende et quedam et quecumque legum sunt. Alio
aut modo considerantibus reuerentie utique indebit esse multe. Cum enim
sit quod quidem melius modicum assuescere aut facile soluere leges pessimum
manifestum quod sinendum quedam peccata et legislatoribus et principibus. non
enim tantum proderit quis mutauit quantum nocebit principibus rebellare assues-
centes. Mendax autem exemplum quod ab artibus. non enim simile mouere
artem et legem. lex enim robur nullum habet ad persuadendum preter consuetudinem
hoc aut non fit nisi per temporis multitudinem. Quare facile mutare ex existentibus
legibus ad alteras leges nouas facere est debilem legis virtutem. Ad-
huc aut si mutande: utrum omnes et in omni politia aut non. et
utrum quocumque aut quibus. hec enim habent magnam differentiam. ¶ Propter quod nunc quidem
dimittamus hanc considerationem. Aliorum enim est temporum

De ea aut que lacedemoniorum politia. fere aut et de aliis po-
liticis due sunt considerationes. Una quidem si quid bene aut non
bene ad inuicem ordinem lege statutum est. Altera aut ad suppositionem et modum
contrarie proposite ipsius politie. Quod quidem igitur oportet futuram bene politi-
ce inesse necessariorum vacationem scolam: confessum est. Quo aut modo ex

De ea aut etc. In isto libro 2o in quo philosophus tractat de quibusdam po-
litiis an quibusdam ciuitatibus obseruatis. Et quia tractatu 2o de po-
litiis et quia [illegible] in [illegible] quod sunt considerationes circa politias [illegible]
[illegible] sunt due considerationes circa politias primo ut statuta politia que
[illegible] [illegible] est finis politie si statuat [illegible] [illegible]
est. 2a consideratio est ne statuat aliquid in politia quod sit contra politie
[illegible] [illegible] si quis vellet statuere democratiam et poneret leges que
oligarchie quod est contra male poneret

Ad quidem igitur

istere non facile accipere. Tessalorum enim inopes molesti fuerunt multoci-
excedit secundum unum quidem equaliter: tria duo et hec unum. Racione autem iiii duo:
et hec quidem unum. Equalis enim pars duo ipsorum quatuor et unum duorum. ambo
enim dimidium / Consentientes autem simpliciter esse iustum quod secundum dignitate

dissiunt sic dictum est prius. hii quidem quod si secundum aliquid equales sunt: equales totaliter esse
putant. hii autem quod secundum aliquid inequales omnibus inequalibus significant se ipsos
propter quod et maxime due fiunt policie. demos et oligarchia. nobilitas enim
et virtus in paucis. hec quidem in pluribus. nobiles enim et boni nusquam centum egeni
aut in multis locis. Simpliciter autem omnino secundum utrumlibet equalitate ordina-
tum esse pravum. manifestum autem ex eo quod accidit. Nulla enim ex talibus policiis
mansiva est. huius autem causa: quod impossibile a primo et eo quod in principio iniciato
non occurrere in fine malum aliquod. propter quod oportet hec quidem arismetica equalitate
uti hec autem ea que secundum dignitatem. Attamen securior magis et minus sediciosa: demo-
cratia quam oligarchia. in oligarchiis quidem enim fiunt due: que ad invicem
sedicio et adhuc que ad populum. In democratiis autem: que ad oligarchiam solum. que ipsi
autem populo ad se ipsum quod et dignum dicere: non fit sedicio. Adhuc autem que ex mediis
policia propinquior populo: quam que paucorum. que quidem est securissima talium poli-
tiarum. Quoniam autem consideramus ex quibus sediciones fiunt et trans-
mutationes circa policias: sumendum universaliter primo principia et causas
ipsorum. Sunt autem fere ut est dictum: tres numero que determinanda secundum se typo
primo. Oportet enim accipere qualiter se habentes sediciones movent. et quorum
gratia. et tercio que principia fiunt turbationum et sedicionum ad invicem.
eius autem quidem quod est ipsos se habere aliqualiter ad transmutationem causam universaliter maxime
ponendum. de qua iam existimus dicentes. hii quidem enim equalitatem appete-
tes. sediciones movent si putant minus habere equales existentes superhabentibus
contradicentibus. hii autem inequalitatem et excessum si existimant inequales ex-
istentes non plus habere. sed equale vel minus. Hec autem est quidem appetere
iuste. est autem et iniuste. minores enim existentes ut equales sint se-
diciones faciunt. et equales existentes ut maiores. Qualiter quidem igitur se
habentes sediciones faciunt dictum est. De quibus dissident sunt lucrum
et honor. et contraria hiis. etenim dehonorationem fugientes. vel pro se ipsis
vel amicis sediciones faciunt in civitatibus. Cause autem et principia

motum vero ipsi disponuntur dictum modum et de quibus sunt quidem ut minus
habentes existentes. Sunt autem ut plures. Quorum quidem duo sunt eadem dictis sed
non eodem modo. Propter lucrum enim et propter honorem concitantur adinvicem
ut non obtineant sibi ipsis ut dictum est prius sed alios videntes hos quidem
iuste hos autem iniuste plus habentes in hiis. Adhuc propter iniuriam propter
timorem propter excessum propter despectionem propter excrescentiam preter proportionem.
Adhuc autem alio modo propter uerecundiam propter parvi impensionem propter parvitatem
propter dissimilitudinem. Horum autem iniuria quidem et lucrum quam habeant potentiam
et qualiter causa fere sunt manifesta. Iniuriantibus enim hiis qui in principatibus
et transgredientibus seditiones movent et adinvicem et ad policias
dantes potestatem. Transgressio autem fit quandoque quidem a propriis quandoque autem a
communibus. Palam autem et honor et quid potest et quomodo causa seditionis. Et enim ipsi
inhonorati et alios videntes honoratos seditiones faciunt. Hec autem iniuste
quidem fiunt quando preter dignitatem aut honorantur aliqui aut inhonorantur
iuste autem quando secundum dignitatem. Propter excessum autem quando aliquis fuerit potentia
maior aut unus aut plures quam penes civitatem et potentiam politeuma-
tis. Ex talibus enim fieri consueverunt monarchia vel potentatus. Propter quod ali-
cubi consueverunt relegare velud in Argo et Athenis. Quamvis melius a princi-
pio videre qualiter non inerunt tantum excedentes quam postquam permiserint fi-
eri sanare postea. Propter timorem autem seditiones movent et qui iniusta fe-
cerunt timentes ne dent vindictam et qui iniusta passuri volentes pre-
venire antequam iniusta patiantur sicut in Rodo convenerunt insignes contra
populum propter sententias que inferebantur. Propter despectionem autem et seditiones mo-
vent et insurgunt velud in oligarchiis quando plures sunt qui non participant
policia. Valentiores enim putant esse. Et in democratiis opulenti contemp-
nentes eos qui sine ordine et principatu velud in Thebis post eam
que in Oenophytis pugnam politizantibus democratia corrupta est et que
Megarensium propter victorum inordinationem et defectum principatus et in Syracusis

ante tyrannidem gelonis. et in rodo populus ante insurrectionem. Fiunt autem
et propter excrescentiam que preter proportionem transmutationes politiarum. Sicut enim
corpus ex partibus componitur. et oportet augeri proportionaliter ut maneat comme-
suratio. Si autem non corrumpitur. cum pes quidem quattuor cubitorum. aliud autem corpus
duorum palmorum. Aliquando autem utique et in alterius animalis formam transmuta-
bitur. si non solum secundum quantitatem. sed et secundum quale crescat preter proportionem. Sic et civi-
tas componitur ex partibus quarum sepe latet aliqua excrescens. velud egenorum
multitudo. in democratiis et politiis. Accidit autem aliquando hoc et propter fortunas. ve-
lud tarento victis et peremptis multis insignibus ab iapygiis paulo postius aun-
dicis. democratia facta est ex politia. Et argo his qui in septima pen-
tibus a cleomene lacedemone. coacti sunt admittere in maceros ali-
quos. et athenis infortunantibus in campo insignes pauciores facti sunt
quia militabant supputati sub laconico bello. Accidit autem hoc et in democratiis
minus autem. pluribus enim egenis factis. vel substantiis augmentatis transmutantur
in oligarchias et potentatus. Transmutantur autem et politie et sine sedi-
tione propter nequitiam sicut in eraria. Ex eligibilibus enim propter hoc fecerunt sortiales
quia eligebant passos nequitiam. propter parvipensionem quando permittunt princi-
patus principales intrare non amicos policie. sicut in oreo dissoluta fuit
oligarchia principum. facto eracleodoro. qui ex oligarchia politiam et de-
mocratiam instituit. Adhuc propter id quod penes parum. Dico autem quod penes parum: quia
sepe latet magna facta transgressio legitimorum. quando negligunt quod parum
sicut in ambrachia. parvum erat honorabilitas. Tandem autem nullius princi-
pabant. tamquam propinquum sit vel nichil differens ab eo quod nichil id quod parum.
Seditionale autem et quod non eiusdem tribus donec utique simul conspiraverint. Sicut enim
neque ex quacumque multitudine civitas fit. ita neque in quocumque tempore. propter quod quicumque
iam cohabitatores susceperunt vel supervenientes: plurimi seditione diuisi sunt.
velud cum troizeniis achaici cohabitaverunt sybarim. Deinde achaici plures
facti eiecerunt troizenios. Unde accidit sybaritis et thuriis sy-

barite hiis qui ibi cohitaverunt. Exigentes enim plus habere tamquam sua regione
expulsi sunt. Et bizantini advene insidiantes deprehensi expulsi sunt per pug-
nam. Et antisseni profugos chiorum suscipientes per pugnam eiecerunt.
Zanclei autem samios suscipientes expulsi sunt ipsi. Et apolloniate qui in
ponto advenas superinducentes seditiones passi sunt. Et siracusani post
tyrannidem extraneos et milites portantes cives cum fecissent, seditiones
passi sunt et ad pugnam devenerunt. Et amphipolite suscipientes cal-
cidensium colonos expulsi sunt ab hiis plurimi ipsorum. Seditiones autem movent
in oligarchiis quidem quia multi tamquam iniusta sustinentes, quia non participant
equalibus, sicut dictum est prius, equales existentes. In democratiis autem insignes
quia participant equalibus non equales existentes. Seditiones autem
sustinent aliquando civitates et propter loca, quando non bene apte fuerit regio ad hoc
quod sit una civitas, velud in clazomenis qui in chitro adversus eos qui in
insula, et cholofonii et notii. Et athenis non similiter sunt, sed magis
democratici sunt qui inhabitant piraeum quam qui in civitate. Sicut enim in
bellis penetrationes fossarum etiam valde parve distrahunt acies, sic
videtur omnis diversitas facere dissensionem. Maxima quidem igitur forte dissiden-
tia virtus et malicia, deinde divitie et paupertas, et sic utique alia magis
quam alia, quarum una et que dicta est. Fiunt quidem igitur seditiones non de parvis
sed ex parvis. Seditiones autem faciunt de magnis. Maxime autem et parve in-
valescunt, quando inter principales fiunt, velud accidit in siracusa in antiquis temporibus.
Transmutata enim fuit politia ex duobus iuvenibus dissidentibus in principatibus
qui erant propter causam amorosam. Altero enim absente alter quidem existens
amicus ipsius puerum subduxit. Rursum autem ille huic indignatus uxorem ipsius
persuasit tamquam ad ipsum venire. Deinde assumentes eos qui in politeumate di-
visi fecerunt omnes. Propter quod sedationes vereri oportet talium et dissolvere principum
et potentium dissensiones. In principio enim fit peccatum, principium autem dicitur esse
dimidium totius. Quare et quod in ipso parvum peccatum proportionale est ad ea que in aliis partibus

Totaliter autem insignium dissensiones coassumere faciunt et totam civitatem
velud in estiaia accidit post medica. duobus fratribus de paterna hereditate dissi
dentibus. pauperior quidem enim tanquam non ostendente substantiam neque thezaurum quem invenit
pater adduxit populares. alius autem habens substantiam multam opulentos. et in delphis
differentia facta fuit principium omnium seditionum posteriorum. Ille quidem enim
auguratus quoddam simptoma ut venit ad sponsam non accipiens abscessit.
hii autem tanquam iniuriam passi: inicientes sacrorum res sacrificatori. Et
deinde tanquam sacrorum violatorem interfecerunt. et circa mytilenam autem ex hereditati
tibus dissensione facta: multorum fuit principium malorum. Et belli quod adversus
athenienses. in quo paches cepit civitatem ipsorum. tymofane enim egenorum
quodam relinquente duas filias. dexander circuitus. et non accipiens filiis
suis incepit seditionem. et athenienses concitabant advena existens: civi
tatis. et in focide ex hereditatione facta seditione circa mnasiam patrem mnasonis
et circa euthicrem onomarchi: seditio hec principium fuit sacri belli focensibus.
fuit quae transmutata. et in epidampno politia. ex nuptialibus. Cum desponsasset
enim quidam filiam ipsam desponsati pater factus principantium alter condempnavit eos.
ex politia tanquam delusus. transmutantur autem et in oligarchiam: et in de
mum et in politiam. Et ex eo quod glorificari aliquod vel augeri. vel principatum
vel partem civitatis. velud in ariopago consilium bene complacens in medicis
videbatur fortiorem facere politiam. Et iterum navalis turba facta causa victo
rie salaminia. et per hanc principatus propter eam que in mari potentiam: democratiam
fortiorem fecit. et in argis insignes acceptati circa eam que in mantynea
pugna ad lacedemonios: conati sunt dissolvere demum. Et in syracusis
populo plus causa existente causa victorie belli quod ad athenienses ex politia in demo
cratiam transmutationem fecerunt. Et in calcide populus cum insignibus foxum
tirannum perimens statim habebat politiam. et in ambrachia iterum similiter
populus coexpellens periandrum tirannum hiis qui insidiati erant in se ipsum con
stituit politiam. Et universaliter autem oportet hoc non latere. quod qui potentie causa facti

z proditione z principatus a tribus. z totaliter pars. z qualiscumque multitudo sedi
cionem movent. Aut enim qui hiis honoratis invident. incohant sedicionem
aut isti propter excessum: non volunt manere in equalibus. Moventur autem et politie
z cum que videntur esse contrarie partes civitatis. equantur. puta velud divites z
populus. Medium autem sit nullum aut valde parvum. Si enim multum excedat alterutra
pars manifeste valenti, reliqua non vult periclitari. Propter quod et qui secundum
virtutem differunt: non faciunt sedicionem ut est dicere. pauci enim fiunt ad multos.
Universaliter quidem igitur circa omnes politias principia: z cause sedicionum z transmutationum
hec sunt modum. Movent autem politias quandoque quidem per violentiam. quandoque
autem per fallaciam. Per violentiam quidem: aut mox a principio aut posterius co
gentes. Etenim fallacia duplex. quandoque quidem enim decipientes primo volun
tariorum transmutant politiam. deinde posterius violentia detinent in
voluntariorum velud in quadringentis qui populum deceperunt dicentes regem da
turum pecunias ad bellum adversum lacedemonios z cum mentiti fuissent
conabantur detinere politiam. Aliquando autem a principio tunc persuaserint
z posterius iterum persuasis ipsis voluntariis principantur. Simpliciter quidem
igitur circa omnes politias ex dictis accidit fieri transmutationes.

Secundum unamquamque autem speciem politie ex hiis pertinentes.
particularia oportet considerare. Democratie quidem igitur maxime trans
mutantur. maxime propter demagogorum impudentiam. Hec quidem enim seorsum
calumpniantes habentes substantias coadunant. Congregat enim etiam inimicissi
mos communis timor. Hec autem communiter multitudinem inducentes. Et hoc in multis
videbit utique aliquis factum. Etenim in Coo democratia transmutata fuit dema
gogis factis malis. Insignes enim coadunati sunt. z in Rodo demagogi
militaria stipendia acquisierunt z prohibebant reddere que debebant trierarchis
hii autem propter illatas iniurias coacti sunt coadunati dissolvere demum. dissolu
tus est autem z in Heraclia demus post inhabitationem mox propter demagogos enim
insignes enim iniusta passi. abierunt ipsis secesserunt. Deinde coadunati qui

recesserant et supervenientes dissolvit demum. Consimiliter autem et in megaris dissoluta est democratia. demagogi enim ut pecunias haberent depublicari eiecerunt multos insignium. donec multos facerent fugientes. hii autem descendentes oppugnantes populum vicerunt et instituerunt oligarchiam. Evenit autem idem et circa kumam in democratia quam dissolvit thrasymacus. fere autem et in aliis videbit utique aliis videbit utique aliquis considerans transmutationes hoc modo se habentes. quia quidem enim ut dona habeant iniusta facientes insignes coadunant vel substantias eorum partiales facientes vel redditus sacrificiis. quia autem criminantes ut habeant depublicari possessiones divitum. In antiquis autem quando erat idem demagogus et dux exercitus in tyrannidem fiebat transmutatio. fere enim plurimi antiquorum tyrannorum ex demagogis facti sunt. Causa autem quare tunc quidem fiebat tunc autem non. quia tunc quidem demagogi erant ex militantibus. Non dum enim erant diserti loqui. Nunc autem rethorica augmentata qui possunt loqui: fiunt demagogi. propter inexperientiam autem bellicorum non se ponunt nisi alicubi aliquid breve fiat tale. fiebant autem tyrannides prius magis quam nunc et quia magni principatus committebantur aliquibus sicut in mileto ex pritannia. multorum enim et magnorum erat dominus pritannis. Adhuc autem non magne erant tunc civitates. sed magis habitabat populus occupatus existentes operibus. optimates populi qui bellicosi erant. tyrannidem presumebant. Omnes autem hoc faciebant: creditum a multis. persuasio autem erat inimicitia ad divites. velud athenis pisistratus seditionem movit adversus pediacos et theagenes in megaris divitum pecora occidens capiens iuxta flumina pascentes. Et dionisius accusans dafneum et divites dignificatus est tyrannide propter inimicitiam creditus tamquam popularis existens. Transmutantur autem et ex patria democratia in maxime novam. ubi enim eligibiles sunt principatus. hoc autem ab honorabilitatibus. eligit autem populus: demagogi qui student principari adhuc instituunt. ut populus sit dominus legum. Remedium autem ut non fiat vel ut minus fiat: tribus facere principes. sed non omne populum demo-

tiaz quidem igitur transmutationes omnes fere fiunt propter has causas.

[O]ligarchie autem transmutantur maxime propter duos modos manifes-
tissimos. Unum quidem si iniusta agant in multitudinem. Omnis
enim sufficiens fit dux. maxime autem quando ex ipsa oligarchia accidit fieri ducem sicut in naxo lig-
damis qui et postea tyrannizavit naxios. Habet autem et que ab aliis principium
seditionis differentias. Quandoque quidem enim ex ipsis divitibus non existentibus autem in
principatibus: fit dissolutio, quando pauci valde fuerint qui in honoribus, velud in massa-
lia et in istro et in eraclea et in aliis civitatibus accidit. Qui enim non participabant
principatibus commovebant, donec transmutarent seniores prius fratres, posterius autem
iuniores iterum. Non enim participant alicubi quidem simul pater et filius, alicubi autem
senior et iunior frater. Et ibi quidem magis politica facta fuit oligarchia,
in istro autem ex paucioribus ad sexcentos venit. Transmutata autem fuit et in cnido
oligarchia ipsis insignibus seditionem facientibus ad se ipsos propter paucos par-
ticipare, et sicut dictum est, si pater filium non participare, neque si plures fratres, sed antiquissimum.
Insurgens enim populus seditionem agentibus et accipiens ducem ex insignibus
invalescens obtinuit. debile enim quod seditione divisum. Et in erythris
autem in oligarchia regum regimine in antiquis temporibus, quamvis bene curam habentibus
his qui politia, tamen propter a paucis regi indignatus populus transmutavit politiam.
Moventur autem oligarchie ex ipsis et propter contentionem demagogizantium. Est autem
demagogia duplex, hec quidem in ipsis paucis. fit enim demagogus et
si omnino pauci sint, velud in triginta atheniensibus qui circa charicleam fuerunt
triginta demagogizantes et in quadringentis qui circa frynichum eodem modo. aut
quando turbam demagogizant qui in oligarchia sunt, velud in larissa civium
custodes propter eligere ipsos vulgus demagogizabant, et in quibuscumque oligarchiis
non isti eligunt principatus ex quibus principes sunt, sed principatus quidem ex hono-
rabilitatibus magnis sunt aut sodalitatibus, eligunt autem qui ad arma vel populus,
quod quidem in abydo accidit. Et ubi pretoria non ex politeumate sunt: demagogi-
zantes enim ad ipsos iudicia transmutant politiam, quod quidem et in eraclea

que in ponto fuit est. Adhuc autem quando aliqui ad depredatores transeunt oligarchi-
am. Et enim querunt quod equale corrigunt inducere populum adiutorem. Fiunt
autem transmutationes oligarchie et cum consumpserint propria iuuentes impudice.
Et enim qui tales innouare querunt. Et aut tyrannidi presunt ipsi aut dis-
ponunt alium. sicut ypparinus dyonisium in siracusis. in amfipoli cui no-
men erat cleotimus aduenas calchidensium induxit. et cum venissent seditio-
se mouit ipsos ad diuites. Et in egina qui actione ad charetem egit
conatus est transmutare politiam propter talem causam. Interdum quidem igitur mox conan-
tur mouere aliquid. quandoque autem furantur comunia. unde ad ipsos sediciones agunt. aut
isti qui pugnant istos furantes. Quod quidem accidit in appolonia. ea que in ponto.
Concors autem oligarchia non facile corruptibilis ex se ipsa. Signum autem que in
farsalo politia. Illi enim pauci existentes. multorum domini sunt. quia utuntur
se ipsis bene. Dissoluuntur autem et quando in oligarchia alteram oligarchiam indu-
cunt. hoc autem est quando toto policeumate pauco existente: maximis princi-
patibus non participant quidem pauci omnes quemadmodum in elide accidit aliquando. Politia
enim per paucos existente: senum pauci omnino fiebant propter perpetuos esse
nonaginta existentes. et propter electionem potestatiuam esse et similem ei que
in lacedemonia senum. Fit autem transmutatio oligarchiarum et in bello et
in pace. In bello quidem propter diffidentiam ad populum militibus coactis. uti cui-
cumque enim manus inceciunt. iste sepe fit tyrannus. sicut in corintho timo-
phanes. Si autem plures isti amplius acquirunt potentatum. Et autem hos formi-
dant communicant multitudini politie quia compelluntur populo uti. In pace autem propter
diffidentiam ad inuicem ciuium tradunt custodiam militibus et principanti medio
qui aliquando fit dominus amborum. Quod quidem accidit in larissa in principatu aleuadorum
circa samum. Et in abydo in sodalitatibus. quarum una erat que yfiadi. Fiunt
autem et sediciones et ex eo quod repellunt alios ab aliis ipsorum qui in oligarchia. Et
ex dissidere penes nuptias uel iudicia. puta ex nuptiali quidem causa: que
prius dicte. Et oligarchiam autem que in eretria equestrium diagoras dissoluit

inuusta passus esta inpaias. Ex inditio a priori que i eraclea seditio
fca fuit et in thebis. contra adultery. Iuste quidem seditionalit aut faci
entibus punitiom hys quid in eraclea contra euenatom. hys aut q in thebis
contra archiam in foro et tossone. chiulte aut et ppter ualde despoticas ee oligar
chias ab hys q in policia contrariis dissolute sunt. sic q in knido et q in chio
oligarchia. contingunt aut et abeuentu transmutationes et uocate policie et
oligarchiae. i qbuscumq ab honorabilitate consiliant et iudicant et prin
cipatibus principatur. Sepe enim primo statuta honorabilitas ad presentia
tpa n participent. i oligarchia quidem pauci. in policia aut medii. feli
citate facta ppter pacem ul aliam aliquam bonam fortunam. accidit easdem
possessiones fieri dignas multiplicata honorabilitate ut omnes omnibus
participent. Qnq quidem paulatine et fm modicu facta transmutatione a laten
te. Qnq a uelocius. Oligarchie quidem igitur transmutantur et sediciones consist
nent. ppter tales cas. Totalit at et democratie et oligarchie transeunt. aliqu no
in contrarias policias. sed in eas q in eodem genere puta ex legibus democraticis
et oligarchicis in eas que dne. et ex hys in illas.

In aristocratiis aut fiunt sediciones. hec quidem ppter paucos principa
ri honoribus. qd quidem dcm est mone et oligarchias. ppter aristo
cratiam ee aliqualit oligarchia. In ambabus enim pauci qui principantur
n tn ppter id pauci qui n ppter h. et aristocratia oligarchia ee. et maxime aut
h accidit necessarium qn fuit multitudo astuta tamquam similis fm uirtute. uelud
in lacedemonia. q dicebantur partheniae. ex similibus erant. qs deprehendentes
ti insidiati fuissent emiserunt tarenti inhabitare. aut qn aliq inhono
rantur magni existentes. et ab illo minores fm uirtute ab aliquibus honorato
ribus uelud lysandro a regibus. a qn uirilis n existens. n participat
honoribus uelud kinadon qui sub agesilao statuit insurrectione in spar
ciatas. Adhuc qn hy quidem egent valde hy aut habundant. et maxime
i bellis h fit. Accidit at h et i lacedemonia. sub messeniaco bello. palam h a

exppirtanei poesi vocata eunomia. Tribulati enim quidam propter bellum volunt
ex principalem facere regionem. Adhuc si quis magnus fuit et potens, adhuc
maior esse ut monarchizet, sicut in lacedemonia videtur pausanias qui
fuit dux exercitus in medio bello et in carthagine hanno. Solvuntur
autem maxime politie et aristocratie propter eam que in ipsa politia iusti trans-
gressionem. Principium enim id quod est non esse mixtum bene. In politia quidem democra-
tiam et oligarchiam. In aristocratia autem haec et virtutem. maxime autem ipsa duo.
Dico autem duo democratiam et oligarchiam. haec autem politie temptant miscere et
multe vocatarum aristocratiarum. Differunt enim a nominatis politiis aristo-
cratie hoc et propter hoc sunt. hec quidem minus. hec autem magis. mansive ipsarum.
Declinantes enim magis ad oligarchiam aristocratias vocant. eas autem que
ad multitudinem politias. propter quod quidem securiores tales aliis sunt. Valentius
enim quod plus et magis amant equale habentes. Qui autem in habundantiis si poli-
tia det excessum iniuriari querunt et supergredi. Totaliter autem ad quodcumque
utique declinavit politia. adhuc transit utrisque quod sunt augentibus. velud po-
litia quidem ad demum. aristocratia autem ad oligarchiam. Vel ad contraria velud
aristocratia quidem ad demum. tanquam enim iniusta patientes trahunt in contrarium
qui magis egent. politie autem ad oligarchiam. Solum enim mansivum
quod secundum dignitatem equale et id quod suum habere quod ipsorum. Accidit autem quod dictum est in thuriis.
Quia quidem enim ab ampliori honorabilitate erant principatus, ad minus
transivit et ad principatus plura. Quia quidem enim regionem totam insignes
compossidebant preter legem. politia enim magis oligarchica erat. Quare
poterant supergredi. Populus autem exercitatus in bello fortis fuit valentior donec
dimitterent regionem quicumque plus erant habentes. Adhuc quia omnes ari-
stocratice politie sunt oligarchice, magis plus occupant quam insignes, ve-
lud et in lacedemonia ad paucos substantie deveniunt et licet facere quodcumque
volunt insignibus magis. et curare de quocumque volunt. propter quod a locre-

ciuitas p̄ter ea que ad dicionem tira singlari. qd' in democr̄tia no
utiq3 fiet. set utiq3 in aristocr̄tia bn̄ mixta. maxime a latent aristo
cr̄tia. q tr̄smutantes eo q soluantur paulatim. qd quidem dcm̄ est in
prioribus vlr̄ de omnib3 politiis. qd' ca tr̄smutacōni est et qd' modicu
Ern em̄ h alicq eor q ad politiam ptabunt. post h' et ad paulo mai9
facilis mouent donec utiq3 moueant totu mdu. accit aut h' et in
politia thurior. lege em̄ existente p quinq3 annos ducatu exercitus
optime. quidam iuuenu bellicosi fci et apud multitudine custodiar accepti
despicientes ea que in rebus. reputantes facile optine hnt lege solue
conati sunt p'mo. ut liceret continue eosdem ducatu exercitus optine uiden
tes p'plm ordinantem ipos prompte. Et q sr̄ hoc instituti erant p'ncipi9
uocati consiliarii. cum impetu fecissent p' adu'rsandi psuasi sunt existi
mantes cum hnt nouissent legem sine aliam politiam. postmo aut
uolentes p'hibe' aliis motis. n' adh' plus faciebant aliq s3 tr̄smutata
est ordo totus policie. ad potentatu eor q conati fuant insolescere
Omis a soluntur. Qm̄ quid ex se ipis. qm̄ aut ab extrinseco. qn̄ cr̄ia
politia fuit ul' p'pe ul' longe quid. hns a potem qd quid accit in athe
mensibus et lacedemoniis. athenienses quid em̄ ubiq3 oligarchias. lace
demonii a demos dissipabant. un quid g' tr̄smutacones fiunt politi
aru et sediciones dictum est fere.

De saluacione a quit et sigillatim communiter g' policie dictu
est. p'mo quid g' palam q si qu' bein9 p'pr corrumpuntur
policie. h'emus et p'pr saluant. cr̄ia em̄ cr̄rior sunt facta. Corruptio
a saluacoi cr̄ria. In bn̄ aut temperatis quid g' politiis sit aliud ad
oz obseruare ut nichi p'uarent et maxime q p'ui seruare. latet em̄
subintr̄as p'uaricacio sic sibas p'ue expense consumit sepe fre. latet a
seditio. q' no simul tota fit. paralogizatur em̄ mens ab ipis. sic sophistica

Oro. si unu qdqz plur. et omnia. hoc a est quid ut. e aut ut n. Totu
em toia. n plur. Bz oponit expius. Una quid c custodiam adhuc
pncipiu oz face. Deinde no credere hijs q sophismatis gra admlti
tudine applicant. arguuntur em ab opibz. Qualia aut dnt politi
caru sophismata prius dcm e. Adhuc aut uide q qdam manet non so
lum aristocratie. sz et oligarchie n ppea q fine sz et oligarchie n ppea
q fine sz policie. sz q bn utunt hn q in pncipatibz fiunt. et hijs q
ex politiam. et hijs q in politeumate i no iniusta faciendo i eos q
dem q no pticipant. et inducendo pncipales ipor i politiam. Et ama
tores qdem honoris no iniuriando inhonoracoi. multos i lucru ad
se ipos et adpticipantes i utendo inuice democratice. Qd em i multitudine
quirunt eqle. q democratici in similibz. no solum iustu. sz et expediens
est. pp q si plures sint i politeumate multa expediunt democraticor lege
statutor velud sex mensiu pncipatus ee. ut oes q similes pticipat
. est em sic demus iam. q sicles pp q et i hijs fiunt demagogi sepe sicut
dcm est prius. Deinde minus i potentatus incidunt oligarchie et aristo
cratie. Non em similiter facile malignari pauco tpe pncipates et multo
. Qm pp hoc in oligarchijs et democratijs fiunt tyrannides. Aut em q
maximi i utraqz pfiunt tyrannide. hn quide demagogi. hn aut poten
Ca 7m tes. Aut qui maximos hnt pncipatus qn multo tpe pncipant. Sal
uant aut policie no solum pp longe ate corrumpentibus. Bz aliqui et
q pe. Timentes em pmanibus hnt magis politiam. Oportet oz eos
qui de policia sollicitant timores pparare ut conseruent et no dissoluat
. quemadmodu nocturnam custodiam policie obseruacoi. et quod lo
ge pe facere. Adhuc i sigium contentiones et sedicones et p leges oz
temptare cauere et eos q ex contencoi sunt. anqm consphendant. et ipi
tacqm q i pncipio sit malu cognoscere sit no cuiusqz. sz politici uiri

Ad eam autem que per honorabilitatem fit transmutationem ex oligarchia in poli-
cia cum accidit hoc manentibus quidem eisdem honorabilitatibus habundantia
autem honorabilitatis facta. expedit honorabilitatis communis multitudinem con-
siderare ad presens. In quibuscumque quidem civitatibus honorant secundum annum secundum
hoc tempus. In maioribus autem per triennium aut quinquennium. Et si fit multiplex
vel submultiplex prioris, in quo honorationes institute fuerunt politie legem
et honorabilitates intendere vel remittere. Siquidem excedant intenden-
tes secundum multiplicationem. Si autem deficiant remittentes et minorem facientes
honorationem. In oligarchiis quidem enim et politiis non facientes quidem
sic hoc quidem oligarchiam hoc autem potentatum fieri accidit. Illo autem modo ex
politia quidem democratiam: ex oligarchia autem politiam vel demum. Co-
mune autem et in demo et in oligarchia et in monarchia et omni politia neque
crescere valde nullum preter commensurationem sed magis temptare parvos et
multi temporis dare honores quam breviter magnos. Corrumpuntur enim
et non omnes viri ferre bonam fortunam. Si autem non, nec tamen simul totos
dederint: auferre rursum simul totos sed gradatim. Et maxime quidem
temptare legibus sic ordinare ut nullus fiat multum excedens potentia nec
amicorum nec pecuniarum. Si autem non, peregrinationes facere stationes ipsorum. Cum
autem et propter proprias vitas innovant. oportet facere principatum quendam qui considerat
viventes non convenienter ad politiam. in democratia quidem ad democratiam. In oli-
garchia autem ad oligarchiam. Similiter autem et in aliis aliarum politiarum.
. Et quod iocundum autem civitatis sigillatim observare propter easdem causas. Huius autem re-
medium semper oppositis partibus facere actiones et principatus. Dico autem
oppositionem epieikes multitudini. egenos autem opulentis. et temptare
vel commiscere egenorum multitudinem et eam que divitum. vel quod medium
augere. hoc enim dissolvit eas que propter inequalitatem sediciones. Maximum autem
in omni politia et legibus et alia dispositione sic ordinari ut non sit principatum

lucri. hoc ą maxime ı oligarchijs oz seruare. Non eni fit ıdignari
coheri abeo q est ꝑncipari multi. Jmmo ⁊ gaudent si quis ꝑmit
tat ꝑpa vacare. Ce si putauit ꝑncipante furari gnia: tc ambo gestat
sz honoribus no ꝑticipare ⁊ lucris. Singula ą ꝯtingit ꝑmł ee de
mocrtiam. ⁊ aristocratiam. si h̄ instituerit ab. Cotinget eni utiqȝ et
insignes et mltitudine utꝗ hre q volunt. Licē quid eni omibus ꝑti
cipari democraticum Insignes ą ee ı ꝑncipatibz aristocraticu. hoc ą erit
cu no sit lucri a ꝑncipatibus. Egem eni no ualent ꝑncipari eo q
nullu sit lucru. ꝗ ca ꝑpa ee mag̃. opulenti aut potuit ꝑ nllo
coium indige. Ce acit egenis quidē fi opulentos ꝑ ı morari it
opa Insignibz aut no subiti ꝗbusticȝ. Et ut no furent que qma
tradito fiat pecuniaꝝ. ꝑsentibz omibz ciuibz. ⁊ rescripta pe ꝗtor
nitates a ꝯtubnia. ⁊ tbus reponantur. Cuius ą qꝺ est sine luc̊ ꝑti
cipari. oz ee honores lege statutos approbatis. Optet ą ı democratijs
quidē opulentis ꝑcere. no solu ı no faciendo possessiones eoz pria
les. ꝗ nz fructus qꝺ ı quibusdam politiaru latet fim. melius ą ⁊ ꝑhibē
uolentes oblatones facē. sumptuosas quidē. no utiles aut oblatoes
puta torrigias ⁊ lampadarchias. ⁊ qcūqȝ alie tales. Joligarchia
ą: egenoꝝ facē curam mltam ⁊ ꝑncipatus adq̃ receptiones hijs
tbuē. Et si quis opulentoꝝ iniuriatus fuit istis: maiores ı ꝑpa
tones esse. qm si sibi ıpis ⁊ hēditates no ꝗ dation ee. ꝗ scdm gnus
. neqȝ ples qm unam eundem hēditare. Sic eni utiqȝ eqliores ſbe
erūt. ⁊ egenoꝝ utiqȝ ples adhundantia ꝑtingent. Expedit ą et
ı democratia ⁊ oligarchia alioꝝ ul eqlitate ul possessione dare hijs q
mīnꝰ ꝯmitant politia hēre. Jndemo. ꝗdem: oplentis. Joligarchia aut
egenis. Excepto ꝗcunqȝ ꝑncipatus scdm policie. h ą hijs q ex po
licia ꝯmitte solis ul ꝑlibus. Ta aut qdam oz hre. futuros ꝑncipari

principales principatus. Primo quidem amorem ad existentem politiam. De-
inde potentiam maximam operum principatus. Tertio autem virtutem et iustitiam
in unaquaque politia: eam quae ad politiam. Si enim non idem iustum secundum omnes
politias: necesse et iustitiae esse differentias. Habet autem dubitationem quando non accidunt
haec omnia circa eundem. quomodo oportet facere divisionem. Puta si militaris quidem ali-
quis sit nequam autem et non politiae amicus. Alius autem iustus et amicus. qua-
liter oportet facere electionem. Videtur autem oportere respicere ad duo. quod plus participant omnes
et quod minus. Propter quod in militia participant quidem ad experientiam magis virtute.
minus enim militia participant. epieikia autem plus. In custodia autem et
camerariatu contrarium. ampliori enim virtute indiget quam quidam multi habent.
Scientia autem communis omnibus. Dubitabit autem utique aliquis si potentia existat
politiae et amor: quid opus est virtute. Facient enim quae expediunt et ipsa
duo. aut quia contingit eos qui haec duo habent incontinentes esse. Et quemad-
modum et ipsis non serviunt scientes et amantes ipsos. sic et ad commune
nihil prohibet quasdam se habere. Simpliciter autem quaecumque in legibus ut con-
ferentia dicimus politiis. omnia haec salvant politias. et quod saepe dictum
est: maximum elementum praecavere. ut valentior sit multitudo quae vult politiam
quam quae non vult. Praeter omnia autem haec oportet non latere quod utique latet transgressas
politias quod medium. Multa enim eorum quae videntur democratica. solvunt demo-
cratias et oligarchica oligarchias. Hi autem putantes hanc esse unam virtu-
tem trahunt ad excessum. ignorantes quemadmodum nasus est transgressus qui-
dem rectitudinem eam quae pulcherrima ad aquilinum vel simum. Sed tamen ad
huc pulcher et gratiam habens ad aspectum. Non tamen si intendat aliquis adhuc magis
ad excessum. Primo quidem abiciet mediocritatem partis. finaliter autem ita quod
neque nasum faciet apparere propter excellentiam et defectum contrariorum. Eo-
dem autem modo se habet et de aliis partibus. Accidit itaque hoc circa alias po-
litias. Et enim oligarchiam et democratiam est ut habere sufficienter quamvis

ex existante optimo ordine. Si aut ab intendat magis vitam tandem aut nz politiam. ppt qd oz h' no ignorare legislatore z politicum qua lia salvant democraties z qlia corrumpunt democratiam z qlia oligarchi carz oligarchiam. Neutru em ipaz contingit ee z pmane: sn diviti bus z sn multitudine. Sz qn equalitas fca fuit sbe: aliam nce ee hnt politiam. Et corrumpentes hys q scdm excessum legibus corrumpunt politias. Peccant aut z i democratiis z i oligarchiis. In democratiis quidem: demagogi. Ubi multitudo dna legu. Duo em faci unt sup civitatem pugnantes cu divitibz. In oligarchiis a: p pplo oligarchicos. z iuramenta contraria qm nunc iurare oligarchicos. Nunc quidem em i qbusdam iurant z pplus malignus ero z consiliabor qdcumqz heat malu. Opter a z existimare z simulare contrariu. insinuantes in iuramentis: q no iniuste agam in pplm. Maxime aut omn dictoz ad pmanendum politias. q nc negligit omnes sz erudiri ad politias. pfectio em nullus utilissimaz legum. z conglsificatarz ab omnibz politizantibz: si no erunt assueti z eruditi in politia. Siquidem leges democratice demo craticalit. Si aut oligarchice oligarchicalit. Ut quidem est nimio in continentia: est z i civitate. Est aut erudiri ad faciendum no h' qbus attingent gaudent oligarchizantes. z democratiam volentes. Sed qs potunt hn quidem oligarchizare: hn aut democratizare. Nunc aut in oli garchiis quidem principantium: filii deliciant. Et aut egenoz fuit exerci tati z laboriosi. Et z volunt mag. z possunt innovare. In democra tiis a que maxime videntur esse democratice: contrarium conferentis constituit. Ca a huius qz male diffiniunt qd liberum. Duo em sut qbus vr democratia dif finita ee. in id q est plus ee dnm. z libertate. Qd quidem em iustu: equale vr esse. Equale a: qdcumqz videatur multitudini: h' esse dnans. liberum a z equale. qdcumqz voluerit quis facere. Et vivunt in talibus democratiis

vivere unumquemque ut vult. et ad quod desiderat. ut ait empedocles. hoc autem est pravum
non enim oportet putare servitutem esse vivere ad policiam sed ad salutem. Ex
quibus quidem igitur policie transmutantur et corrumpuntur et per que salvantur et perma-
nent ut simpliciter est dicere tot sunt

estat autem supervenire de monarchia. ex quibus corrumpitur et per que
salvari nata est. fere autem consimilia dictis de policiis sunt et que acci-
dunt circa regna et tyrannides. Regnum quidem enim secundum aristocratiam est. tyrannis
autem ex oligarchia extrema componitur et democratia. propter quod utique et maxime
nociva subditis est. veluti ex duabus malis composita et transgressiones et
peccata habens que ambabus policiis. Existit autem generatio mox ex contrariis
utrique monarchiarum. Regnum quidem enim ad auxilium quod a populo epieikes
factum est. et instituitur rex ex epieikes secundum excessum virtutis vel actionum que a virtu-
te. vel secundum excessum talis generis. Tyrannus autem ex populo et multitudine ad
insignes contra ut populus nichil molestetur ab ipsis. Manifestum autem ex hiis
que accidunt. fere enim plurimi tyrannorum facti sunt ex demagogis. ut est dicere
credibiles facti criminari insignes. Hee quidem enim hoc modo constituerunt ty-
rannides iam civitatibus augmentatis. Alie autem ante istas ex regibus
transgredientibus patria. et magis despoticum principatum appetentibus.
Hee autem ex electis ad principales principatus. Antiquitus enim populi instituerunt
multi temporis conditores populi et inspectores. Hee autem ex oligarchiis eligentibus unum
aliquem dominum ad maximos principatus. Omnibus enim inerat modis hoc ad
efficere de facili si solum voluissent propter potentiam preexistere. hiis quidem regalis
principatus. hiis autem eam que honoris. Velud fidon quidem circa argu-
m et alii tyranni constituti sunt regno existente. Qui autem circa ioniam et falaris.
ex honoribus. panecius autem in leontinis et kipselus in corintho. et pi-
sistratus athenis. et dionisius in siracusis. et alii eodem modo de mago-
gis. Sicut igitur diximus regnum institutum fuit secundum aristocratiam. secundum dignitatem

enim est. vel per propriam virtutem. vel per genus vel secundum beneficium. vel per hec et potentiam. Omnes enim
cum beneficiassent vel potentes beneficiare civitates vel gentes. adepti sunt
honorem hunc. hii quidem per bellum prohibentes servire sicut Codrus. hii autem liberantes
sicut Cyrus vel cum instituissent vel acquisivissent regionem. Sicut Lacedemo-
niorum reges. et Macedonum et Molossorum. Vult enim rex esse custos. ut
qui quidem possident substantias. nichil iniustum paciantur. populus autem: nullam susti-
neat iniuriam. Tyrannis autem sicut dictum est sepe ad nullum quod respicit
nisi proprie utilitatis gratia. Est autem intentio tyrannica quidem: quod delectabile
Regalis autem quod bonum. Propter quod et transgressionum que quidem pecuniarum: tyrannice
Que autem ad honorem regales magis. et custodia regalis quidem: civilis
tyrannica autem: per extraneos. Quod autem tyrannis habeat mala et que democratie
et que oligarchie: manifestum ex oligarchia quidem. eo quod finis sit divitie
Sic enim solum et permanere necessarium custodiam et delicias. et multitudini nichil
credere. propter quod et ablationem faciunt armorum. et suspectam habere turbam. et
a civitate repellere. et demorari in domo: que est ambarum et oligar-
chie et tyrannidis. Ex democratia autem et oppugnare insignes. et corrumpe-
occulte. et manifeste. et fugare tamquam contra machinantes. et impeditores
adversus principatus. Ex his enim accidit fieri et insidias. his quidem principari
volentibus ipsis. his autem non volentibus. Unde et Periandri ad Thrasy-
bulum consilium fuit excedentium spicarum amputatio: quasi oportunum. sic semper exce-
dentes civium perimere. Sicut igitur fere dictum est transmutationum ipsa principia
oportet putare circa politias esse et circa monarchias. propter iniusticiam enim et propter
timorem. et propter contemptum. multi subditorum insurgunt adversus monarchias
Iniusticie autem maxime propter iniuriam. aliquando [vel pullicys] autem: et propter propriorum spoliationem.
Sunt autem et fines idem quemadmodum ibi. et circa tyrannides et circa regna
Magnitudo enim divitiarum et honoris existit monarchis. que desiderant
omnes. Insurrectionum autem: hee quidem ad corpus sunt principantium. hee autem [vel alie]

ad principatum. Hec quidem igitur propter contumeliam: adhuc. Contumelia
autem existente multarum particularum: quarum unaquaeque sit causa ire. Irati autem fere plurimi
punitionis gratia insurgunt. sed non excellentie. Velud quae pisistratidarum quod
propter expulisse armodii sororem. et illusisse armodio. Armodius quidem
enim propter sororem aristogiton autem propter armodium. Insidiati sunt autem et periandro
ei qui in ambrakia tyranno. quia simul bibens ipse cum puero interrogavit
ipse si iam ex ipso pregnantes sunt. Hec autem philippi a pausania. quia
permisit contumeliam pati ipsum sub attalo. et quae amynte parvi a derda
quia insultavit ad etatem ipsius. et quae eunuchi evagore cyprio. Quia
enim uxorem retusavit filius ipsius occidit tamquam contumeliam passus.
Multe autem insurrectiones facte sunt. et propter ea quod aliqui monarcharum
in corpus inverecundiam fecerunt velud et quae crateri ad archelaum. Semper
enim graviter se habebat ad colloquium. Quare sufficiens et minor fuit occasio
propter ea quod filiarum nullam dedit cum promisisset ipsi. Sed priorem quidem de
tinens a bello adversus sirram et arrabeum. dedit regi elimeas. Iu
niorem autem filio amynte. existimans sic utique illum minus differre et eum
qui ex cleopatra. Sed alienationis principium extitit graviter se habere ad venerea
lem gratiam. Cum insurrexit autem et hellanocrates larisseus propter eandem
causam. tamquam enim utens etate ipsius non reduxit spondens propter contume
liam. et non propter amativam concupiscentiam putavit esse factam collocutionem.
Pithon autem et eraclides ainii cotin perimunt patri supplicium inferentes.
Adamas autem discessit a cotio quia puer existens excisus fuit ab ipso
tamquam iniuria passus. Multi autem et propter ea quod in corpus afflicti fuerunt: per
contumeliam verberati hii quidem destruxerunt. hii autem interfecerunt. tamquam iniuria
passi. et ea quae circa principatus et regales potentatus velud in mitilena
megacles penthalidas circumstantes et verberantes tormentis insurgens
cum amicis perimit. et posterius smerdes penthilum cum plagas acceperit

et ab uxore expulsus. periit et insurrectionis archelai decamnichus dux fuit
exacerbans insurgentes primus. causa autem ire quia ipsum tradidit flagellan-
dum euripedi poete. Euripedes autem infremuit cum dixisset ipse aliquid
ad ipsius fetorem oris. et alii autem multi propter tales causas. hii quidem perempti sunt. hii
autem insidias passi sunt. Similiter autem et propter timorem. unum enim aliquid
erat hoc causarum. Sicut et monarchias velud xerxem artapenes timens
criminationem que circa darium. quia suspendit eum non iussisset xerxes. sed pu-
tans indulgere tamquam non memorantem propter cenam. Hee autem propter contemptum
sicut sardanapalum videns quidam pectinantem se cum mulieribus si vere
hec fabulantes dicunt. Si autem non de illo sed de alio erit utique hoc verum. et dyoni-
sio posteriori dion insurrexit propter despectionem videns cives sic se habentes. et
ipsum propter ebrietatem. Et amicorum autem quidam insurgunt propter despectionem. propter confidere
enim contempnunt tamquam oblituri. et putantes posse optinere principatum. hii
quidam propter contempnere insurgunt. Tamquam potentes enim et contempnentes pericu-
lum propter potentiam invadunt de facili. sicut duces exercitus monarchas. sicut
cyrus astyagi. et vitam contempnens et potentiam propter potentiam quidem in operosam
fuisse. ipsum autem delitiari. et senthes de thracia amadocho existens dux
exercitus. Hii autem et propter plura horum insurgunt puta et despicientes
et propter lucrum. sicut ariobarzanes mitridates. Maxime autem propter hanc causam in-
vadunt qui quidem natura audaces et honorem habent bellicum apud monarchas. viri-
litas enim potentiam habens audacia est. propter quas ambas tamquam de facili superaturi
faciunt insurrectiones. Eorum autem qui propter amorem honoris in-
surgunt est alius modus cause preter dictas prius. Non enim sicut quidam tyran-
nos invadunt videntes lucra magna et honores magnos existentes
ipsis. sic et eorum qui propter amorem honoris insurgunt unusquisque prelegit
periclitari. Sed illi quidem propter dictam causam. hii autem ac si utique alia aliqua fiet actio
singularis. et propter quam nominati fient aliis et noti. sic et monarchas in-

uadunt non possidere uolentes monarchiam: sed gloriam. Sed tamen pau-
cissimi numero sunt. propter hoc tam impetu facientes. Supponi enim oportet nichil cu-
rare de eo quod est saluari si debeat preualere in actione. quibus autem assequi
quemdam oportet dionis estimatorem. Non facile autem ipsam adesse multis. Ille
enim cum paucis militauit aduersus dionisium. sic habere dicens quod ubicumque
possit procedere sufficiens sibi tantum participare actionis veluti si modicum
ingressus terram mox accideret mori. hunc bene habere sibi mortem. Corrum-
pitur autem tirannus uno quidem modo sicut aliarum aliarum unaquaeque ab extrinseco
si contraria aliqua sit policia valentior. Consiliari quidem enim palam quod ex-
istet. propter contrarietatem electionis. Que autem uolunt: potentes agunt omnes
Contrarie autem policie demos quidem tyrannidi. sed esiodum. sic figulus figulo
et enim democratia ultima tirannus est. Regnum autem et aristocratia propter contrarie-
tatem policie. propter quod lacedemonii plurimas dissoluerunt tirannides. et
siracusani tempore quo politizabant bene. Aliquando autem ex se ipsa quando qui
participant sediciones faciunt. sicut qui circa gelonem. et nunc que eorum qui circa
dionisium. Que quidem gelonis thrasibulo ieronis fratre filium gelonis
adducente et ad delectationes excitante ut ipse principaretur. familiaribus
autem congregatis non tirannus omnino dissolueretur. sed thrasibulus. Congregati autem
ipsorum tanquam tempus habentes eiecerunt omnes ipsos. dionisium autem dion affinis
existens inuador existens et assumens populum illum eiciens periit. Duabus
autem existentibus causis propter quas maxime insurgunt contra tirannides scilicet
odio et contemptu. alterum quidem horum oportet existere tirannis scilicet odium. Ex con-
temptu autem fiunt multe dissolutiones. Signum autem eorum quidem enim acquisiuerunt. plu-
rimi conseruauerunt principatus. Qui autem susceperunt mox ut est dicere perierunt
omnes: uiuentes enim inuerecunde. facile contemptibiles fiunt. et multas opportuni-
tates dant insurgentibus. Compartem autem quandam odii et iram oportet
ponere. Modo enim quodam earundem actionum causa fit. Sepe autem et magis operatiua

quam odium. Robustius enim insurgunt propterea quod non utitur ratiocinatione pas-
sio maxime autem sequitur furoribus assequi propter iniuriam. Propter quam causam Pisistrati-
darum dissoluta est tyrannis et multe aliorum. Sed magis odium. Ira quidem enim
cum tristicia adest, quare non facile ratiocinari, inimicicia autem sine tristicia. Ut autem
in summa est dicere, quascumque causas diximus oligarchie intemperate et ultime et
democratie extreme, tot et tyrannidis ponendum. Etenim hee existunt entes divi-
sibiles tyrannides. Regnum autem ab exterioribus quidem minime corrumpitur, propter quod
et multi temporis est. Ex ipso autem plurime corruptiones accidunt. Corrumpitur
autem secundum duos modos, uno quidem seditionem facientibus hiis qui participant regno, alio
autem modo magis tyrannice temptantibus gubernare, quando expetunt esse
domini plurium et preter legem. Non fiunt autem adhuc regna nunc, sed si fiant monar-
chie et tyrannides magis propter regnum quidem esse voluntarium principatum, dominum
autem maiorum, et propter multos esse similes et nullum differentem tantum ut correspondeat
ad magnitudinem et dignitatem principatus. Quare propter hoc quidem non permanent
voluntarii. Si autem per fraudem principatur aliquis vel per violenciam, iam hoc videtur tyran-
nis esse. In hiis autem que secundum genus ponendum est causam corruptionis cum hiis que dicte
sunt, et hoc quod efficiuntur multos facile contemptibiles, et hoc quod est potentiam non possiden-
tes tyrannicam sed regalem honorem iniuriari. Facilis enim fiet dissolutio. Non
volentibus enim mox non erit rex, sed tyrannus et non volentibus. Corrum-
puntur quidem igitur monarchie propter has et alias tales causas.

[S]alvantur autem palam ut simpliciter quidem est dicere ex contrariis,
secundum unumquodque autem eo quod est regna quidem ducere ad moderacius.
Quanto enim pauciorum sunt domini, ampliori tempore necesse manere omnem princi-
patum. Ipsi enim et fiunt minus despotici et moribus equales magis et a subdi-
tis invidentur minus. Propter hoc enim et circa Molosos multo tempore regnum perman-
sit, et quod Lacedemoniorum, propterea quod a principio in duas partes divisus fuit
principatus, et rursum et Theopompo moderante et in aliis et instituente ephororum

principatum. de potestate enim auferens auxit ipse regnum. Et modo quodam fecit
non minus sed maius ipsum. Ad quod et ad uxorem aiunt respondisse ipsum que dicebat. Si
nichil verecundatur minus regnum tradens filiis quam a patre accepit. non utique. nunc enim
diuturnius. Tyrannides autem salvantur secundum duos modos contrarios maxime. quorum alter
est qui traditus est et secundum quem dispensant plurimi tyrannorum principatum. Horum
autem multa aiunt instituisse periandrum corinthium. multa autem talia est accipere et
a principatu persarum. Sunt autem et olim dicta ad salvationem ut possibile est tyrannidis
excellentes premere et sapientes destruere. et neque convivationes sinere neque soda-
litatem. neque disciplinam. neque aliud nichil tale. sed omnia cavere. unde consueverunt fieri
duo sapientia et persuasio. et neque scolas. neque alias collectiones permittere fieri vacativas
et omnia facere ex quibus quam maxime ignoti invicem erunt omnes. No-
ticia enim fidem facit magis ad invicem et presentes ipsi semper palam esse et mo-
rari circa ianuas. Sic enim utique minime latebit quid agunt. et despicere
si assuefiant modicum semper servientes. Et alia quecumque talia persica et
barbara tyrannica sunt. Omnia enim idem possunt. Et temptare
non latere quecumque existit quis dicens vel agens subditorum. sed esse atten-
tos velud circa syracusanos vocate potagogides et auribus audientes. quos
misit ieron. ubi fuit aliqua congregatio et collectio. confident minus timentes
tales. et si confidant latebunt minus. et criminari invicem et committere et amicos
cum amicis. et populum cum insignibus. et divites cum se ipsis. Et pauperes facere
subditos tyrannicum quatinus neque custodia alatur. et occupati circa cottidiana
non vacantes sint ad machinandum. Exemplum autem huius tyrannides que
circa egiptum et anathemata kapselidarum. et olimpii edificatio. et a pisistradi-
tibus et eorum que de samo opera multi imperii. Omnia enim hec possunt idem. scilicet non vaca-
tionem et penuriam subditorum. et illatio vectigalium velud in syracusis. quinquennio
enim in annis sub dyonisio substantiam omnem inferri accidit. Adhuc autem et bellorum pro-
vocator tyrannus ut utique sine vacatione sint. et permaneant in indigentia

presidiis existentes. Et regum quidem salvatur principatus. Tyrannicum autem
maxime diffidere amicis tamquam volentibus quidem omnibus potentibus
autem maxime. Et adhuc que circa democratiam fiunt ultimam: tyrannica
sunt omnia et gineocratia circa domos. ut enuncient contra viros. et
servorum remissio propter eandem causam. Neque enim machinantur servi et mulie-
res contra tyrannos gaudentes. Sed necesse benivolos esse et tyrannidibus
et democratiis. Etenim demus vult esse monarchus. Propter quod et adu-
lator apud utrosque est honoratus. apud demos quidem: demagogus. Est enim
demagogus demi adulator. apud tyrannos autem qui humiliter colloquuntur. quod
quidem est opus adulationis. Etenim propter hoc ponirofilon id est malorum amicum
est tyrannus. Adulatione enim recipientes gaudent. Hoc autem nullus utique fa-
ciet sensum habens liberum. Sed amant epiikees. vel non adulentur. et oppor-
tuni maligni ad maligna. Clavo enim clavus. sicut proverbium. Et nullo gau-
dere venerabili neque libero tyrannicum. Ipsum enim esse solum vult tyrannus.
Qui autem contravenerabilis et libalizans aufert excellentiam et quod despoticum
tyrannidis. Odiunt igitur quemadmodum dissolventes principatum. Et uti con-
vivis et contubernalibus extraneis magis quam civilibus tyrannicum tamquam hos quidem
adversarios. hos autem non contrarientes. Hec et talia tyrannica quidem et salvativa
principatus. Sunt autem ut est dicere omnia hec comprehensa tribus speciebus. Co-
niecturat enim tyrannus tria. Unum quidem ut modica sapiant subditi. Nulli
enim utique pusillanimis insidiabitur. Secundum autem ut discredant invicem. Non
dissolvitur enim prius tyrannis antequam credant aliqui sibi ipsis. propter quod et epi-
eikeis adversantur tamquam nocivis ad principatum. Non solum propter ea despo-
tice quod non volunt despotice. Sed et quod fideles sunt sibi ipsis et aliis. et quod non
accusant neque se ipsos neque alios. Tertium autem impossibilitas negociorum. Nullus enim
manumittit ad impossibilia. Quare neque tyrannidem dissolvere non existente po-
tentia. quidem igitur reducuntur volita tyrannorum. Isti tres existunt termini. Omnia

em utique reducet quis tyrannida ad has ypotheses. hec quidem ut non cre-
dant invicem. hec autem ut non possint. hec autem ut parum sapiant. Unus quidem
igitur modus per quem fit salvatio tyrannidibus talis est. Alius autem ex contrario des
heri curam. Est autem accipere ipsum ex corruptione regnorum. Sicut enim unus mo
dus corruptionis regni facere magis tyrannicum principatum: sic tyrannidis sal
vatio facere ipsam magis regale unum conservantem solum potentiam ut principetur
non solum volentibus: sed nolentibus. perdens enim et hanc perdit et tyrannizare
Sed hoc quidem sic supponere oportet manere. alia autem hec quidem facere: hec autem videri simulan
tem quod regale bene. Primo quidem ut videatur curare communia. neque expendens
conviviis talia. in quibus multitudines moleste ferunt quando ab ipsis quidem accipiunt
operantibus et laborantibus assidue. dant autem meretricibus et extraneis et
artificibus copiose. Rationemque reddat acceptorum et expensorum. quod quidem iam
fecerunt quidam tyrannorum. Erit enim utique quis dispensans yconomus sed non
tyrannus esse videbitur. Non oportet autem timere ne forte deficiat pecu
niis dominus existens civitatis. sed extorquentibus tyrannis a domo. et expedit
hoc magis quam derelinquere cum congregaverint. minus enim utique conservant in
sidientes rebus. Sunt autem tyrannorum qui servant terribiliores egredientibus
a propria quam civibus. hii quidem enim comperegrinantur: hii autem subsistunt. Deinde
introitus et oblationes oportet videri colligere dispensationis gratia. Et si aliquando op
timum fuerit uti ad bellicas opportunitates. Universaliter autem exhibere se ipsum custodem et
camerarium tamquam communium sed non tamquam propriorum. et videri non severum sed reverendum
Adhuc autem talem ut non timeant occurrentes sed magis vereantur. hoc tamen adi
pisci non facile: non contempnente. facile contemptibile propter quod oportet et si non aliarum virtu
tum curam habeat: tamen politice et opinionem efficere de se ipso talem. Adhuc
autem non solum ipsum videri nullum subditorum iniuriantem. neque iuvenem neque iu
vencula. sed neque alium nullum eorum qui circa ipsum. Similiter autem et habere uxores
familiares ad eas que aliorum. tamquam et propter uxorum iniurias multe tyrannides

pierunt . Et ita fruitiones corporales contrarium facere . quam nunc quidem tyranno-
rum faciunt . Non enim solum mox diluculo hoc faciunt et continue multis diebus
sed et videri aliis volunt hoc operantes . ut tamquam felices et beatos admirentur
Sed maxime quidem moderatos esse talibus . Si autem non . tunc videri aliis dif-
fugere . Neque enim facile invasibilis neque facile contemptibilis qui sobrius . sed
qui ebrius . Neque qui vigil . sed dormiens contrariumque faciendum . olim dictis fere
omnibus . preparare enim oportet et ornare civitatem tamquam procuratorem existentem
et non tyrannum . Adhuc autem que ad deos videri semper in studio habentem differenter
minus enim timent pati aliquid iniquum a talibus . si deicolam putant esse
principem . et curare de diis . Et machinantur minus tamquam habeat propugnatores et
deos . oportet autem sine insipida videri talem . Bonosque circa aliquid factos honorare
ita ut putent numquam honorari magis a civibus sub legis existentibus
et tales quidem honores distribuere ipsum . supplicia autem per alios principes
et pretoria . Communis autem custodia omnis monarchie . nullum unum facere
magnum . Sed si quidem plures . Observabunt enim invicem . Si autem forte aliquem opporte-
at facere magnum nequaquam sub morem audacem . Maxime enim invasivus
talis mos per omnes actiones omnes . Et si a potentatu aliquem videatur dimittere
paulatim hoc agere . sed non totam simul auferre potestatem . Adhuc autem omni quidem
iniuria cohibere . precipue autem duabus hiis scilicet que in corpus flagellationum et ea
que in etate . Maxime autem hoc est faciendum circa amatores honoris
Eam quidem enim que ad pecunias minorationem amatores pecuniarum
ferunt graviter . Eam autem que ad inhonorationem . amatores honoris et epyei-
kees homines . Propter quod uti oportet talibus . aut supplicia videri facientem paterne
et non propter parvipensionem . Eas autem que ad etatem collocutiones propter amativas cau-
sas et non propter potestatem . Et totaliter enim reputatas inhonorationes redimere
maioribus honoribus . Invadentium autem ad corporis destructionem hii maxime
terribiles et indigent ampliori custodia . Quicumque non eligunt acquirere vivere

cum periculo. Propter quod maxime cavere oportet putantes iniuriam pati aut
ipsos aut eos quorum curantes existunt. Non parcunt enim sibi ipsis qui propter furorem
invadunt. Sicut et Heraclitus dixit, dicens difficile esse cum furore pugnare: animam
enim pretio emi. Quoniam autem civitates ex duabus partibus constitute sunt, ex egenis
hominibus et opulentis, maxime quidem utrosque oportet existimare salvari propter
principatum, et alios ab aliis iniustum pati nichil. Utrique autem qui sunt vale-
tiores, hos proprios facere maxime principatus. Quod si hoc existant rebus, neque servorum
liberationem necesse facere tyrannum neque armorum ablationem. Sufficiens enim altera apposita
ad potentiam ut valentiores sint insurgentibus. Superfluum autem dicere per singula ta-
lium. Intentio enim manifesta, quod oportet non tyrannicum sed yconomum et regalem vide-
ri esse subditis, et non sibimet curantem sed procuratorem, et mediocritates vite perse-
qui, non excellentias. Adhuc autem insignes quidem affari, multos autem demagogi-
zare. Ex his enim necessarium non solum principatum esse pulchriorem et magis
zelabilem, eo quod meliores principantur et non humiles. Neque odio habitum
et timori perseverare, sed et principatum esse durabiliorem. Adhuc autem ipsum disponi
secundum mores vel bene ad virtutem vel semibonum existentem et non malignum sed
semimalignum. Equidem omnibus politiis paucioris temporis sunt oligarchia
et tyrannis. Plurimo enim tempore fuit que circa Sicionem tyrannis que Orthagori;
permansit enim ipsa annis centum. Huius autem causa quia subditis utebantur mo-
derate et in multis legibus serviebant. Et quia bellicosus fuit Clistenes, non fuit
facile contemptibilis. Et quantum ad multa curis demagogizabat. Dicitur igitur Cliste-
nes iudicantem de victoria ipsum quod coronavit. Quidam autem aiunt esse
ymaginem eius qui iudicavit sic statuam que in foro sedet. Aiunt autem et
Pisistratum aliquando sustinuisse sententiam cum esset vocatus ad ariopagum. Secunda
autem que circa Corinthum que Kypselidorum. Etenim hec perseveravit annis septuaginta
tribus et mensibus sex. Kypselus quidem enim tyrannizavit annis triginta,
Periandrus autem quadraginta quatuor, Psalmitichus autem qui Gordie annis tribus. Cause

aut esse alterius. Kapsellus quidem enim demagogus erat et a principio perma-
sit sine armorum custodia. Periandrus autem fuit quidem tyrannicus, sed bellicosus.
Tertia autem que pisistratidarum athenis. non fuit autem continua. Bis enim fugit pisistratus
tyrannizans ita ut in annis triginta tribus decem et septem annis horum tyra-
nizavit. filii autem decem et octo. Quare omnes anni fuerunt triginta et quinque.
Reliquarum autem que circa ierone et gelone circa syracusam. Non autem permansit ipsa
multis annis, sed omnes duobus deficientibus de viginti. Gelon quidem enim
septem annis tyrannizavit, octavo vitam finivit. decem autem ieron.
thrasibulus autem undecimo mense expulsus est. Multe autem tyrannidum pauci temporis
fuit omnes penitus. Que quidem igitur circa politias et que circa monarchias
ex quibus corrumpuntur et iterum salvantur, fere dictum est de omnibus.

In politia autem dicitur quidem de transmutationibus a socrate. Non
tamen dicitur bene. Optime enim politie et prime existentis non
dicit transmutationem proprie. ait enim causam esse, id quod est non manere aliquid, sed in quodam
periodo transmutari. Principium autem esse horum quorum epitritus fundus quinario
coniugatus duas armonias exhibet. dicens quando numerus diagrammatis huius
solidus fuerit tamquam natura quandoque producente pravos et meliores disciplina, hoc ipsum
dicens forte non male. Contingit enim esse aliquos quos disciplinari et fieri
studiosos viros impossibile est. Sed hec quidem utique erit propria transmutatio eius
que ab illo dicitur optima politia magis quam aliarum omnium et eorum que fiunt
omnium. et propter tempus propter quod dicit omnia transmutari, et que non simul inceperunt fieri
simul transmutantur, velud si die priori ante tropicum facta sunt, simul transmutantur.
Adhuc autem propter quam causam ex ea que lacedemoniorum fit transmutatio. Sepius
enim in contrariam transmutantur omnes politie quam in eam que prope. Eadem autem
ratio et de aliis transmutationibus. Ex lacedemonensi enim ait transmutari in oli-
garchiam, ex hac autem in democratiam. In tyrannidem autem ex democratia. Et quidem
etiam econtrario transmutantur, puta ex democratia in oligarchiam et magis quam in mona-

chiam et adhuc aut tyrannidis non dicit utrum si erit transmutatio utrum si non erit propter quam causam et in qualem politiam. huius autem causa quod non facile utique haberet dicere indeterminati enim quoniam secundum illum oportet et in primam et optimam. Sic enim utique fiet continue et circulo. Sed transmutatur et in tyrannidem tyrannis sicut que sicionis ex ea que myronis in eam que klisteniis. et in oligarchiam sicut que in calcide que antileontis. et in democratiam sicut que charilai in lacedemonia et in carthedone. et in tyrannide transmutatio fit ex oligarchia. Sic et in sicilia fere plurime antiquarum in leontinis in tyrannidem panasii et in gela in eam que cleandri et in regio in eam que anaxilai et in aliis civitatibus multis similiter. Inconveniens autem et putare in oligarchiam propter hoc transmutari quia amatores pecuniarum et pecuniosi qui in principatibus. Sed non quia multum excedentes in substantiis non iustum putant equaliter participare principatu eos qui nichil possident cum hiis qui possident. In multis quidem oligarchiis non licet pecuniosum fieri. Sed leges sunt prohibentes in carthedone autem democratizantes pecuniosi sunt et sic transmutate sunt. Inconveniens enim est dicere duas civitates esse eam que oligarchica divitum et pauperum. Quid enim hoc magis quam lacedemonia passa est vel quecumque alia ubi non omnes possident equalia vel non omnes similiter erant boni viri. Nullo autem pauperiori facto quam prius nichil minus transmutant in democratiam ex oligarchia. si fiant plures qui egeni et ex democratia in oligarchiam. si valentiores sint quod opulentum quam multitudo. alii quidem non curent hii autem adhibeant intellectum et multisque existentibus propter que sunt transmutationes non dicit sed unam quia prodigi facti usurarii sunt pauperes. ut a principio divitibus existentibus omnibus aut plurimis. hoc autem est falsum Sed quidem quidam principium perdiderunt substantias innovant. Cum autem aliorum nichil fit dirum et transmutant nichil magis magis in democratiam quam in aliam politiam. Adhuc autem et si honoribus non participant. et si iniusta patiantur vel iniurias seditiones faciunt et transmutant politias. et si non consumpserint substantiam propter licere sibi quodcumque

uolunt facere. cuius tamen eam que valde libera esse dicit. pluribus autem existe
tibus oligarchiis et democratiis. tanquam una existente. usque dicte transmutaciones
sortes. Incipit sextus liber politicorum aristotilis.

Quot quidem igitur differencie. et que eius quod consiliatiuum
et dnas policie. et eius quod circa principatus ordi
nis. et dextorus et qualia ad qualem policiam con
dinata sunt. Adhuc autem de corrupcione et saluacione
politiarum ex qualibus sit. et propter quas causas dictum
est prius. Quoniam autem sunt species plures democratie existentes. et aliarum similiter
policiarum. simul quoque de illis si quid residuum non deterius considerare et modum
congruum et conferentem assignare ad unamquamque. Adhuc autem et collaciones ipsorum
dictorum omnium modorum. considerandum. hec enim conformata faciunt policias uariari.
ut aristocratice sint oligarchice. et polities. sint magis democratice. Dico
autem conformaciones quas oportet quidem considerare. Non sunt autem considerare ut puta si quod
quidem consilians et quod circa electionem principatuum oligarchice sunt institutum
Que autem circa pretoria aristocratice autem quod circa electiones principatuum. aliquando alium
aliquem modum non omnia componantur que policie conueniencia. Qualem quidem
igitur democratia. ad qualem congruit ciuitatem. Similiter autem et qualis oligarchiarum
quali multitudini. et reliquarum autem policiarum que quibus expediat. dictum est
prius. Attamen oportet fieri palam non solum qualis harum policiarum sit optima ci
uitatibus. sed et qualiter oportet instituere et has et alias pertransiemus breuiter
Et primo de democratia dicamus. Simul enim et de opposita policia manifestum
hec autem est quam uocant quidam oligarchiam. Sumendum autem ad hanc methodum
omnia que democratica et que uidentur democratiis assequi. Ex hiis enim con
ponitis democratie species fiunt accidit. et democratias plures una esse differentes.
Due enim sunt cause propter quas democratie sunt plures. primo quidem que dicta est
prius quoniam diuersi populi. fit enim hic quidem agricola multitudo. hec autem banausum

z monarchiam · Quorum primo assumpto cum secundo z tercio · uni sunt cum ambobus
non solum differt nisi meliorem z deteriorem democratiam · sed ex eo quod non
eandem · Causa autem de qua nunc dictum · Hec enim democratiis assequuntur z
videntur esse ypa politie huius · simul posita faciunt · democratias alias huic
quidem enim pauciora · huic autem assequuntur plura · huic autem omnia hec · Ope
rtunum autem unumquodque ipsorum cognoscere ad instituendum quamcumque ipsarum aliquis
extiterit volens · z ad directiones · Querunt quidem enim qui policias insti
tuunt · omnia convenientia ad ypothesim congregare · peccant autem hoc faci
entes quemadmodum in hiis que circa corruptiones z salvationes politiarum
dictum est prius · Nunc autem exigentias z mores z appetunt dicamus · Ypo
thesis quidem igitur democratice politie libertas · hec enim dicere consueverunt tamquam in
sola hac politia participantes libertate · hoc enim coniecturare aiunt omnem
democratiam · Libertatis autem unum quidem in parte subici z principari · z enim
iustum democraticum est habere equale secundum numerum · sed non secundum dignitatem · huius autem
existentis iusti multitudinem necesse esse dominam · Et quodcumque videatur
pluribus hoc esse finem z hoc esse quod iustum · Aiunt enim oportere equale habere unumquemque
civium · Quare in democratiis accidit magis dominos esse egenos divitibus · plures
enim sunt · dominans autem quod pluribus visum · Unum quidem igitur libertatis signum hoc
quem terminum politie ponunt omnes qui democratici · Unum autem · vivere ut
vult quis · hoc enim opus libertatis esse aiunt · Siquidem servientis ipsum vivere
non ut vult · Democratie quidem igitur terminus iste secundus · hinc autem venit id quod
est non subici · maxime quidem a nullo · Si autem non · secundum partem · z confert hac · ad
libertatem eam que secundum equale · Talibus autem suppositis z tali ex
istente principatu · talia democratica sunt eligere principatus omnes ex omnibus
principari omnes quidem super unumquemque · Unumquemque autem in parte super omnes
sortiales esse principatus vel omnes vel quoscumque non indigent experien
cia z arte · non ab honorabilitate aliqua esse principatus · aut quam pauca

ubis eundem principari nullo principatu aut raro aut paucis ex
ceptis hiis que preter bellum: paucis temporibus esse principatus vel omnes vel
quosdam contingit iudicare omnes vel ex omnibus et de omnibus vel de plurimis
et de maximis et de principalissimis puta de correctionibus et de policia
et de propriis commutationibus. Consiliatorium dominam esse omnium princi
patuum, et illum nullius aut quorundam paucissimorum, aut maximorum dominam
principatuum autem maxime democraticum consilium ubi non mercedis defectus
omnibus. hic enim auferunt et huius principatus potentiam. ad seipsum enim reducit
iudicia omnia populus habundans mercede sicut dictum fuit prius quod autem habent. de
inde principari maxime quod omnes congregationem preterea principatus. Si
autem non principatus et preterea consilia et congregationes principales aut princi
patuum quod necesse contingere cum nunc. Adhuc autem quoniam oligarchia et genere
et divitiis et disciplina determinatur, que democratica videntur contraria horum esse
ignobilitatem paupertatem bannausiam. In principatibus autem nullum perpetuum
esse. Si autem aliquis derelinquatur ex antiqua transmutatione, et circumtollere potentiam
ipsius et ex eligibilibus sortiales facere. Communia quidem igitur democratie hec sunt.
accidit autem ex iusto confesso esse democratico. hoc autem est equale habere omnes secundum numerum
que maxime videtur esse democratia et demos. equale enim nichil magis
principari egenos quam divites neque dominos esse solos sed omnes ex equo secundum numerum. Sic
enim utique putabunt existere equalitatem civitati et libertatem.

Quod autem post hoc dubitatur quomodo habebunt quod equale utrum
oportet honorabilitates dividere quingentis mille et hos quingentorum
et ipsos mille equale posse quingentis aut non sic oportet ponere in hiis equa
litatem sed dividere quidem sic. deinde ex quingentis equales accipientem et
ex mille. hos dominos esse divisionum et preteritorum. Utrum igitur hec que secundum multitudi
nem honorabilitatum policia iustissima secundum democraticum iustum. aut magis
que secundum multitudinem. dicunt enim democratici hoc iustum quodcumque videatur pluribus. oligarchia

q' qcumq; videat' amplior sbe. Sedm mltitudine em sbe: aut opte
mditan. Hnt aut ambo inequalitate & iniusticia. Sz quid em que
cumq; qui pauci. tyrannus. & em si uni9 hat pla alijs diuitibz p oligar
chicu iustum: principari solu iustu. Si a' qcumq; q' ples p mltm iniusta
agent depplares q' diuitu & paucoz. sic dcm z prius. Que g utiq; erit
eqlitas qm qfitent' utiq;: qsiderand ex quibz iustis determinat utiq;. Di
cunt em q qcumq; videbit' plibus ciuiu. h' oz ee dnans. Sit itaqz h'
no tn oio. Sz qm due ptes existunt. ex quibz ciuitas diuites & paupes
qcumq; utsq; videat' ul plibus. hoc sit quod dnans. Si aut qria vide
ant'. qcumq; q' ples & q'z honorabilitas amplior. puta si hij quide dece
hij aut uiginti. videbat' aut diuitu quid ipis sex. paupioz aut ipis
quidecim. Adiungant' aut paupibz quid diuitu qtuor. diuitibz a' paupum
quinq;. qcumq; g' honorabilitas excedit simul numatis utiq;: h' dnans
utsq;. Si a' eqles euenit: quem hunc putand ee dubitatom. Sic ut si
dissa in duo qsyratio fiat ul pteriri. Aut em sortiend: aut aliquid a'
tale faciend. Set de equali qdm & iusto quamuis sit valde difficile inue
nire veritatem de ipis: tn facilius potiri q permitte potentes superflui. Sep
em querunt q iustu & equale: q' minores preeminentes. aut uich curant

Ca 2m

d [D]emocratijs a' existentibus qtuor optima quide que prima
ordine. queadmodu dcm est. i primoribus q'ant hos. est aut
& antiquissima oim h'. Dico a' prima sic si quis distinguat populos. optim9
em ppls qui terre cultiuus est. Vn' & facere qtingit democratiam ubi uiuit mlt
titudo ab agricultura ul pastiuis. ppea quide em q no multam sbam ht. no
vacans ut no sepe qgregationes faciat. ppea aut q no hnt necessaria circa opa
cmorant'. & aliena no qcupiscut. Sz delectabilius est ipis laborare q
politizare & principari. ubicumq; no fiunt acceptiones magis ne a principa
tibus. Vz multi em magis appetut lucru q honorem. Signu aut: & em

vi9

antiquas tyrannides sustinuerunt. et oligarchias sustinent. Si quis
ipsas operari non prohibeat neque auferat aliquid. Scilicet enim hii quidem ditantur ipsorum
hii autem non egent. Ad hoc autem quod dominium sit eligendi et corrigendi. supplet indi-
gentiam. si quid ambitionis habent. Etiam apud quosdam demos quamvis
non participent electione principatuum. sed quidem eligibiles secundum partem ex omnibus
sic et in mantinia. Eius autem quod est consiliari dominium sint sufficienter habet multis.
Et oportet putare et hoc esse scema quoddam democratie. sicut in mantinea
aliquando erat. Propter quod utique et expediens est prius dicte democratie. et consuetum est
consuevit eligere quidem principatus et corrigere et iudicare omnes. principari
autem maximis. electos et ab honorabilitatibus quidem illuc. secundum eos qui potentes
sunt autem politizantes sic politizare bene. principatus enim semper per meliores
erunt populo volente et epieikeis non invidente. et epieikeis et insignibus
sufficiet hunc ordinem. Subicientur enim non sub aliis deterioribus. et principa-
buntur iuste. ipsa quod correctionum sint alii domini. Suspendere enim et non omnem
licere facere quodcumque videatur expediens est. potestas enim agendi quod-
cumque voluerit aliquis: non potest servare quod in unoquoque hominum tabum. Et necessarium
accidere quod quidem est maximum proficuus in politiis principari. epieikeis imper-
cabiles existentes. nichil minorata multitudine. Quod quidem igitur haec democra-
tiarum sit optima. manifestum. et propter quam causam. quod propter qualem quendam esse
populum. Ad instituendum autem populum agricolam. aliqui legum apud antiquos
positarum antiquitus. utiles omnes. aut totaliter non licere possidere ampliorem
terram mensura quadam. aut ab aliquo loco ad municipium et civitatem. Erat
autem antiquitus in multis civitatibus lege statutum. Neque licere vendere
primas sortes. Est autem et quam dicunt oxyli legem esse. tale aliquid potens. non mutuare
ad aliquam partem terre existentis unicuique. Nunc autem oportet dirigere. et lege afi-
taleorum ad id enim quod dicimus: est utilis. Illi enim quidem existentes multi possi-
dentes autem terram paucam tamen omnes terram colunt. Appreciantur enim non totas pos-
sessiones sed secundum tantas partes dividentes ut habeant excedere possessionibus et pauperes

Memento mei dd venerd [illegible]

Post agricolam a multitudine: optimus populus est ubi pastores sunt et uiuunt ex pecoribus. Multa enim consimiliter agriculture habent. et actionibus ad bellica maxime isti exercitati sunt secundum habitus. et utiles secundum corpora. et potentes uenari. Alie autem omnes multitudines fere ex quibus relique democratie consistunt: multo detiores hiis. Vita enim praua et nullum opus cum uirtute eorum que tractat multitudo. et que bannausorum et que forensium hominum. et que mercenaria. Adhuc autem propterea quod circa forum et circa municipium conuersantur. omne tale genus ut est dicere faciles congregationes facit. Qui autem terre cultores propterea quod dispersi sunt per regionem. nec conueniunt. nec similiter indigent synodo hac. Ubi autem et regionem positionem habere contingit ut regio multum a ciuitate remota sit: facile et democratiam facere bonam et politiam. Cogitur enim multitudo magis facere habitacula. Quare et si est turba forensis sit: non facere in democratiis congregationes sine multitudine que per regionem

Quomodo quidem igitur oportet instituere optimam et primam democratiam dictum est. Manifestum autem et quomodo alias. Consequitur enim et transgredi et detiorem semper multitudinem separare. Ultimam autem propterea quod omnes participant nec ferre est omnis ciuitatis. nec facile permanere. non bene compositam legibus et consuetudinibus. Que autem accidunt corrumpere et hanc et illas politias. dicta sunt prius plurima fere. Ad instituendum autem hanc democratiam. et faciendum populum potentem consueuerunt presides assumere quam plurimos et ciues facere non solum legitimos: sed spurios. et eos qui ex quocumque ciue. dico autem puta patre uel matre. omne enim conueniens magis tali populo. consueuerunt quidem igitur demagogi instituere sic. Oportet tamen assumere donec utique excedit multitudo insignium. et mediorum. et non ultra hoc procedere. Excedentes enim inordinatiorem faciunt politiam et insignes ad grauiter ferendum magis adducunt sufferre democratiam. Quod quidem euenit seditionis causam circa cyrenem. Paucum quidem enim malum negligitur. multum autem factum magis in oculis est. Adhuc autem et talia instituta: sunt oportuna ad democratiam hanc. Velud Klistenes athenis usus fuit uolens augere democratiam. et circa cyrenem qui demum instituebant. Tribus enim alie faciende plures et fratrie

inferius facit. Colligendum igitur pauca et quia, et omnia sophisticanda ut
utique quam maxime permisceantur omnes invicem. Consuetudines autem con-
tinuentur quae prius. Adhuc autem et tyrannica instituta democratica videntur
omnia. Dico autem puta anarchia servorum. Haec autem utique erit usque ad aliquid ex-
pediens, et mulierum et puerorum, et vivere ut quis vult dissimulare. Multum
enim erit politiae tali auxilians. Delectabilius enim multis vivere inor-
dinate quam temperate. Est autem opus legislatoris et volentium constituere talem
quandam politiam non instituere maximum opus neque solum unum, sed ut
salvetur magis. Uno enim aut duobus aut tribus diebus non difficile manere
politizantes qualitercumque. Propter quod oportet de quibus consideratum est prius quae
salvationes et corruptiones politiarum, ex his temptare facere firmi-
tatem, vitantes quidem corrumpentia, ponentes autem tales leges et non scriptas et
scriptas quae comprehendunt maxime salvantia politias, et non putare hoc esse
democraticum neque oligarchicum quod faciet civitatem quam maxime democratizari
neque oligarchizari, sed quod plurimo tempore. Nunc autem ut demagogi gratiosi populis
multa democratizant per praetoria. Propter quod oportet adversus haec contra agere eos qui curam habent politi-
am, legem statuentes nihil esse publicatum et eorum quae condempnantur et sumuntur
ad commune, sed sacrum. Nequaquam enim iniusta agunt nihil minus cauti
erunt; damnificabuntur enim similiter. Turba autem minus corrumpet sententias
de hiis quae iudicantur cum nihil debeat accipere. Adhuc autem eas quae fiunt publicas iu-
dicationes quam paucissimas semper facere, magnis damnis prohibentes eos qui
vane scribunt. Non enim populares sed insignes consueverunt inducere. Oportet autem
politiae omnes cives maxime quidem benivolos esse. Si autem non, nequaquam
non adversarios putare dominos. Quoniam autem ultimae democratiae multorum homi-
num sunt et difficile congregari sine mercede, hoc autem ubi non redditus non existunt entes
adversarium insignibus: ab illatione enim et confiscatione necesse fieri et praetoria
malorum, quae multas iam democratias everterunt. Ubi quidem igitur redditus non ex-
istunt entes, oportet facere congregationes paucas, et praetoria multorum quidem, paucas

aut diebus. hoc enim facit et ad non timere divites expensas. si divites quidem
non accipiant pretoriale. pauperes autem. facit autem et adiudicare sinas
multo melius. divites enim multis quidem diebus non volunt a propriis abesse.
brevi autem tempore volunt. Ubi autem sunt redditus non facere quod nunc dema
gogi faciunt. obvenientia enim distribuunt. accipiunt autem simul et rursum
indigent eisdem perforata enim lagena est tale auxilium pauperibus. Sed
oportet vere democraticum providere qualiter multitudo non valde egens sit. hoc
enim causa eius quod est pravam esse democratiam. artificiandum igitur qualiter habun
dantia fiat diuturna. Quoniam autem expedit hoc et divitibus que quidem a
redditibus fiunt congregantes simul tota oportet distribuere pauperibus. maxime quidem
si quis potest tantum congregans quantum ad fundi acquisitionem. Si autem non: ad occasionem
negotiationis et agriculture. et si non omnibus possibile saltem per tribus vel per
partem aliquam alteram in parte distribuere. In hoc autem ad necessarios synodos divites
inferre interdum respuentes vanas oblationes. Tali autem quidem modo carche
donii politizantes amicum acquisierunt populum. Semper enim aliquos de populo e
mittentes ad negotia domus faciunt divites. Gratiosorum autem et nobilium
hominum insignium est. et assumentes pauperes. ordines quidem dantes providere
ad operationes. Bene autem habet imitari et tarentinorum principatum. Illi enim quia
facientes. possessa pauperibus ad usum benivolam instituunt multitudinem
Adhuc autem principatus omnes duplices faciunt hos quidem eligibiles: hos
autem sortiales. Sortiales quidem ut plus ipsis participaret. eligibiles autem.
ut politizaret melius. Est autem hoc facere et de eodem principatu partientes hos
quidem sortiales: hos autem eligibiles. Quomodo quidem igitur oportet democratias institue
F ere autem et circa oligarchias quod fere manifestum // dictum est Cap 3m
ex his. Ex contrariis enim unamquamque oligarchiam oportet colli
gere ad contrariam democratiam respicientem bene temperatam quidem maxime
oligarchiarum et primam. hec autem est quam propinqua vocare politie qua oportet
honorabilitates dividere. has quidem maiores facientes. minores quidem

aquibus participabunt minoris principatibus. Maiores autem a quibus principali
oribus existentibus propter honorabilitatem licet participare policia tantum ipsi multi
tudine introducentes preter honorabilitatem eu quod valentiores erunt hiis qui
non participant. Semper autem oportet assumere ex meliori populo principantes. Simi
liter autem et consequentem oligarchiam intendentes utique parum instituere. Opposita
autem ultime democratie scilicet ei que maxime potestativa et maxime tyran
nica oligarchiarum. Quanto quidem pessima: tanto ampliori cautela o
pus est. Sicut enim corpora que bene disponuntur ad sanitatem. et naves que bene se
habent nautis ad navigationem: sustinent plura peccata. ut non corrumpantur
propter ipsa. Que autem egrotative se habent corporum et navium resolute et nautas
pravos sortite: nec parva possunt ferre peccata. Ita et policiarum pessime plurima
indigent cautela. Democratias quidem igitur totaliter multitudo hominum salvat.
hoc enim opponitur ad iustum id quod secundum dignitatem. Oligarchiam autem palam quod
e contrario a bona ordinatione oportet sortiri salvationem. Cum autem quatuor quidem
sint maxime partes multitudinis. agricultiva. nautica. forensis. merce
naria. Quatuor autem que optima ad bellum equestre. armativum. nudum
nauticum. Ubi quidem accidit regionem equestrem esse. hic quidem bene
apte habet instituere oligarchiam fortem. Salus enim habitantibus per hanc
potentiam est. Nutrire autem equos magnas substantias possidentium est. Ubi autem arma
tivam: consequentem oligarchiam. Quod enim armativum: est divitum magis
quam egenorum. Nuda autem potentia et nautica: popularis omnino. Nunc quidem igitur
ubi est talis magna multitudo cum dissenserint: agonizant deterius. Oportet
autem ad hoc remedium accipere a ducibus peritis bellicis qui commiscent ad
equestrem potentiam et armativam eam que congruit nudorum. Hac autem pre
valent in dissensionibus divites populares. Nudi enim existentes et ad
equestrem et armativam agonizant facile. Ex hiis quidem igitur consistere
hanc potentiam sibi ipsis est constituere. Oportet autem divisa etate. aliis quidem
existentibus senioribus. hiis autem iuvenibus. adhuc existentes iuvenes

ipsorum filios adhuc leves et nudas operationes. Segregatos autem ex pueris athletas
esse ipsos operum. Dispositionem autem fieri multitudini politeumatis. vel quemadmodum
dictum est prius hiis qui honorabilitatem habent. vel Thebanis abstinentibus per tempus
aliquod a banausis operibus. vel sicut in Massalia discretionem facientes dignorum
et in politeumate et eorum qui extra civitatem. Adhuc autem et principatibus pretiosissimis
quos oportet eos qui in politia obtinere. oportet apponere oblationes et volun-
tarias ut plebs non participet et compassionem habeat ad principes. tamquam pretium multum
dantes principatus. Congruit autem et sacrificia dimittentes facere magnifica
et preparare aliquid communium. ut hiis que circa convivationes participans populus et civita-
tem videns ornatam. hec quidem sursum suspensis. hec autem edificiis gau-
dens videat manentem politiam. Accidet autem et insignibus esse memorialia
expensarum. Sed hec nunc qui circa oligarchias non faciunt sed contraria. Lucra
enim querunt non minus quam honorem. Propter quod quidem bene habet dicere has esse democrati-
as parvas. Quomodo quidem igitur oportet firmare democratias et oligarchias determinatum sit.

Consequens autem dictis est dividere bene que circa ... sit hoc modo
principatus quot et qui et quorum sicut dictum est et prius. Sine necessariis
quidem enim principatibus impossibile est esse civitatem. sine hiis autem que ad bonum
ordinem et ornatum impossibile habitari bene. Adhuc autem necesse in parvis quidem pau-
ciores esse principatus. in magnis autem plures. sicut existit prius dictum. Quales
igitur congruunt simul ducere et quales separare oportet non latere. Primo quidem igitur circa necessari-
orum que circa forum. cui oportet quendam principatum preesse aspicientem circa contractus
et bonum ornatum. Fere enim necessarium omnibus civitatibus hos quidem emere hos autem
vendere ad eam que ad invicem necessariorum opportunitatem. et hoc est accommodatissimum
ad autharkeiam propter quam videntur in unam politiam convenisse. Altera autem cura
huic habita et propinqua que eorum que circa municipium publicorum et privatorum. qualiter boni
ornatus. et ruinarum edificiorum et viarum salvatio et directio. et confinium ad in-
vicem. qualiter sine querela se habeant. et cetera alia quecumque hiis similis modi.
Vocant autem plurimi astinomiam talem principatum. habet autem partes plures numero

et ad alias quas instituunt in civitatibus magis propriis velud murorum factores
et fontium curatores et portuum custodes. Alia autem necessaria et consimilis huic
de eisdem quidem enim sed circa regionem est et de eis que extra oppidum vocant
autem principes hos hii quidem agronomos hii autem hyloros. hee quidem igitur
cure horum sunt tres. Alius autem principatus ad quem redditus communium referuntur
a quibus custodientibus partiuntur ad unamquamque dispensationem. vocant
autem receptores hos et tamianos. Alius autem principatus ad quem rescribi oportet
privatos contractus et iudicia ex petitionibus. Apud eosdem autem istos et scriptiones
fieri oportet et inductiones. Alicubi quidem igitur partiunt et hunc in plures. est
autem unus principalis horum omnium. vocantur autem ieromnimones et presides et
memores et aliis nominibus hiis propinquis. Post hunc autem consequens quidem
necessarium autem fere et maxime difficilis principatum est qui circa actiones
condempnatorum et circa inscriptiones et circa custodias corporum. Hunc quidem igitur est
propter multam habere inimicitiam. ita ut ubi non est magna lucri. neque prin-
cipari sustinent ipso. Neque qui sustinent volunt agere secundum leges.
Necessarius autem est. quia nullus profectus est si quidem sunt de iustis has autem non acci-
pere finem. Quare si non fiant. communicare invicem impossibile et executionibus
non factis. Propter quod melius non unum esse hunc principatum sed alios quosdam ex
pretoriis. et circa positiones eorum que rescripta sunt. eodem modo temptare divi-
dere. Adhuc autem quedam agere et ipsos principatus alios et novorum magis
novos et eos qui instantium. tum alterum condempnavit alterum esse exequentem
velud astynomos. eos qui agoronomon. eos autem qui ab hiis. alios. Quanto
enim utique minor inimicitia inerit exequentibus. tanto magis accipient
finem executiones. Eosdem quidem igitur esse condempnantes et exequentes.
inimicitiam habet duplicem. et de omnibus autem eosdem adversarios omnibus. In
multis autem locis divisi sunt. qui custodit et eum qui exequitur. velud atheis
vocatorum undecim. propter quod melius et hunc separare. et sophisma querere et circa
hunc. Necessarius quidem enim est. non minus dicto. Accidit autem epieikees quidem

fugere maxime hunc principatum. Pravos autem non securum facere dominos. Ipsi enim
indigent custodia aliorum magis quam possunt alios custodire. Propter quod oportet non
unum repositum principatum esse apud ipsos. Neque continue eosdem. Sed iuvenum.
Ubi aliqui sunt ephebi vel custodiarum est ordo in principatum. Oportet secundum partes facere alios
alios. Hos quidem igitur principatus tamquam necessarissimos ponendum esse primos.
Post hos autem necessarios quidem nichil minus. In maiori autem scemate ordinatos.
Etenim experientia et fide indiget multa. Tales autem erunt utique qui circa custo-
diam civitatis et quicumque ordinantur ad bellicas opportunitates. Oportet autem et
in pace et in bello portarum et murorum custodie. Similiter curatores et ex-
aminationis et coordinationis civium. Hii quidem igitur in omnibus hiis principatus
plures sunt. Hii autem pauciores velud in parvis civitatibus unus de omnibus.
Vocant autem duces exercitus et principes belli tales. Adhuc autem si sunt equites
aut pedites aut sagittarii aut nautica. Et super horum unumquodque aliquando constituuntur
principatus vocati navarchie et ordinis archie. Et vocant autem qui sub
hiis terarchie insidiarum dispones et filarchie et quecumque partes horum. Est
autem omne una quedam horum est species cure bellicorum. Circa hunc quidem igitur
principatum habet hoc modo. Quoniam autem quidam principatuum si non omnes tractant
multa communia necessarium alium esse sumentem rationem et examinantem ipsum nichil aliud
tractantem. Vocant autem hos hii quidem correctores hii autem ratiocinatores hii
autem examinatores hii vero singorias. Preter omnes autem hos principatus qui maxi-
me dominans omnium est. Idem enim sepe habet finem et introductionem qui presidet multitu-
dini ubi dominans est populus. Oportet enim esse congregans quod dominans politie.
Vocatur hic quidem preconsules propter preconsiliari. Ubi autem multitudo est consilium magis.
Politicorum quidem igitur principatuum tot quidam sunt. Alia autem species cure que circa deos velud
sacerdotes et curatores eorum que circa sacra ut salventur existentia et erigantur
decidentia edificiorum et aliorum quecumque coordinata sunt ad deos. Accidit
alicubi quidem esse unam velud in parvis civitatibus. Alicubi autem multas
et separatas sacerdotio puta sacrorum factorum et templorum custodes et camarios sacre

pecuniarum. Vocati autem sunt quidem determinati ad immolatores quos omnes communes
non assignat lex sacerdotibus. Sed a communi mensa habent honorem. Vocant autem hos quidem
principes hos. hos autem reges. hos vero prytaneos. Necessarie quidem igitur cure sunt de-
his. ut est dicere summatim circa daymonia. et bellica. et circa redditus. et ea que
expenduntur et circa forum et circa municipium et portus et regionem. Adhuc autem que
circa pretoria. et contractuum scripturas. et exactiones et custodias et circa ratiocina-
tiones et examinationes. et correctiones principatuum. et finaliter qui circa consiliantes
sunt communium. Proprii autem civitatibus que magis vacant et magis gau-
dent. Adhuc autem qui politici de bono ornatu de gyneconomia de custodia legum
de lege puerorum. de principatu exercitiorum. Adhuc autem circa circa agones gym-
nasticos. et dyonisiales. et utique si quas tales alias accidit fieri theorias.
Horum quidem manifeste quedam sunt non democratica principatuum. puta gerono-
mia et pedonomia. Egenis enim necesse uti mulieribus et pueris tamquam
famulantibus propter inservilitatem. Tribus quidem existentibus principatibus secundum quos
eligunt quidam principatus principales scilicet custodibus legum. preconsiliis consilio
quidem legum custodes aristocraticum. oligarchicum autem quod preconsiles. consilium
vero democraticum. De principatibus quidem igitur ut typo fere dictum est de omnibus.

Incipit septimus liber politicorum Aristotilis

De politia optima facturum convenientem
inquisitionem necesse determinare primum quae sit eligi-
bilissima vita. Immanifesto enim existente
hoc et optimam politiam necesse esse immanifestam.
Optime enim agere convenit eos qui optime poli-
tizant ex existentibus eis nisi aliquid fiat preter rationem. Propter quod oportet primo
confessum esse que sit quae omnibus ut est dicere eligibilissima vita. Post hoc autem si
eadem communiter et seorsum eadem vel altera. Putantes igitur sufficienter
multa dicere et eorum que in exotericis sermonibus de optima vita. Et
nunc utendum ipsis. Ut vere enim unam divisionem nullus dubitabit utique

qui rebus existentibus particionibus eorum que exterius et eorum que interius et eorum
que in anima et omnia hec existere beatis oportet. Nullus enim utique dicet beatum
eum qui nullam partem habet fortitudinis neque temperantie neque iustitie neque pru-
dentie. Sed formidantem quidem volantes muscas, abstinentem nullo
extremorum si appetat comedere vel bibere. Gratia autem quadrantis perimen-
tem amicissimos amicos. Similiter autem et que circa prudentiam sic insipientem.
Neque enim bastat sic imprudentem et mendacem sicut quidem puerulus
insensatus. Sed hec quidem dicta ut omnes utique concedent. Differunt autem in
quanto et excessibus. Virtutis quidem enim quantumcumque habere sufficiens esse putant,
divitiarum autem et pecuniarum et potentie et glorie et omnium talium in infinitum
querunt excessum. Nos autem ipsis dicemus quod facile quidem de hiis et per
opera percipere fidem, videntes quia acquirunt et conservant non virtutes ex-
terioribus sed illa hiis, et vivere feliciter sive in gaudere est sive in virtute omnibus
sive ambobus, quod magis existit ornatis moribus quidem et intellectu ad ex-
cessum, circa exteriorem autem possessionem bonorum mediocribus quam hiis qui illa
quidem possident ampliora, optimis in hiis autem deficiunt. Quin immo et
secundum rationem considerantibus facile conspicabile est. Que quidem enim exteriora habent terminum
sicut organum quoddam. Omne autem quod utile est eorum excessum aut nocere
necessarium aut nichil proficuum esse habentibus. Bonorum autem que circa animam unumquodque
quanto quidem utique excedit tanto magis utile esse, si oportet et in hiis dicere
non solum quod bonum sed et quod utile. Totaliter quoque palam quod assequi dice-
mus dispositionem optimam uniuscuiusque rei ad invicem secundum excessum distan-
tia quam quidem sortita est quarum dicimus esse ipsas has dispositiones. Quare si
quidem est anima preciosior et possessione et corpore et simpliciter et nobis, necesse est
et dispositionem optimam uniuscuiusque proportionaliter hiis habere. Adhuc autem et anime
gratia eligibilia nata sunt hec, et oportet omnes eligere bene prudentes, sed non illorum
gratia animam. Quod quidem igitur unicuique felicitatis contingat tantum quantum quidem
virtutis et prudentie et eius quod est agere secundum has, sit confessum nobis, teste deo ute-

tibus. Et felix quidem est et beatus propter nullum autem exteriorum bonorum. sed propter se
ipsum ipse. et per esse quale quis est secundum naturam. Eciam et bona fortuna a felicitate
propter hoc necessarium esse alteram. Bonorum quidem enim que extra animam. Causa casus et
fortuna. Iustus autem nullus. neque temperatus a fortuna. vel propter fortunam est.
Habitum autem est et eisdem racionibus optimum: et civitatem felicem esse eam
que optimam. et agentem bene. Impossibile autem bene agere hiis qui non bona agunt.
Nullum autem bonum opus neque viri neque civitatis sine virtute et prudencia. For-
titudo autem civitatis et iusticia et prudencia. eandem habet potenciam et formam quibus
participans unusquisque hominum dicitur iustus et prudens et temperatus. Set hec
quidem intantum sint prohemialiter dicta sermone. Neque enim non attingere ipsa possibile
neque omnes convenientes rationes contingit edissere. Alterius enim studii opus
est hoc. Nunc autem supponatur tantum: quod vita quidem optima et seorsum unicuique
cuique et communiter civitatibus que cum virtute redundante ita ut sit partici-
pare hiis que secundum virtutem accionibus. Ad dubitantes autem dimittentes in presenti
methodo: considerandum postmodum. si quis dictis existit non persuasus

v Utrum autem felicitatem eandem esse dicendum unius uniuscuiusque
hominis et civitatis. vel non eandem. Reliquum autem est dicere.
Manifestum autem et hoc. omnes enim utique confitebuntur esse eandem. Quicumque enim
in divitiis vivere bene ponunt in uno. et isti et civitatem totam si sint di-
ves beatificant. Quicumque tyrannicam vitam maxime appreciantur isti et civita-
tem plurimis principantem felicissimam esse dicent utique. Si quis et ab unum propter
virtutem recipit et civitatem feliciorem dicet eam que studiosior est.
Set iam duo hec sunt que indigent consideracione unum quidem utra eligibilior
vita que per simul politizare et communicare civitate. vel magis que peregrina
et a politica communione absoluta. Adhuc autem quam politicam ponendum et
qualem disposicionem civitatis optimam. sive omnibus existente eligibili quale
civitate. sive et quibusdam quidem non pluribus autem. Quoniam autem et politici intellectus
et theorie hoc est opus sed non quod circa unumquemque eligibile. Nunc autem nos

hac eligimus speculatorem. illud quidem accessorium utique erit. hoc autem opus
methodi huius. Quod quidem igitur necessarium esse politiam hanc secundum quam ordinem et
quilibet utique optime aget et vivet beate, manifestum est. Dubitatur
autem ab ipsis qui confitentur vitam cum virtute esse eligibilissimam, utrum politica
et activa vita eligibilis vel magis absoluta ab omnibus exterioribus velut
contemplativa quedam, quam solam quidam aiunt esse philosophicam. Fere enim has
duas vitas hominum honoratissimi ad virtutem videntur preeligentes et priores et
eorum qui nunc. Dico autem duas politicam et philosophicam. Differt autem non modicum
utro modo se habeat veritas. Necesse enim bene prudentem ad meliorem coordinare
intentionem et hominum unumquemque et communiter politie. Putant autem hii quidem principatus
principari despotice quidem fieri cum iniustitia esse maxima, politice autem
quod quidem iniustum non habere, impedimentum autem habere ei qui circa se ipsum iocundi-
tati. Hiis autem sicut ex opposito alii existunt opinantes. Viri enim solam vitam
activam esse et politicam. Circa unumquodque enim virtutem non esse actiones magis
privatis quam hiis qui communia agunt et politizantibus. Hii quidem igitur sic existi-
mant. Hii autem despoticum et tyrannicum modum politie aiunt solum esse
felicem. Apud quosdam autem iste et legum et politie terminus, quatenus despotizent
vicinis. Propter quod et plurimorum legalium dispersim ut est dicere positorum apud plurimos
tamen si alicubi aliquid ad unum leges respiciunt ut imperent, quecumque omnes
sicut in Lacedemonia et circa Cretam ad adversarios coordinata sunt fere disciplina
et legum multitudo. Adhuc autem in gentibus omnibus potentibus superhabundare talis
potentia honorata est, velud inter Scitas et Persas et Tracas et Celtos. In aliquibus
enim et leges quedam sunt provocantes ad virtutem hanc, sicut in Karthedone aiunt
quantum ex armillis accipere quotcumque militiis militaverint. Erat autem aliquando
et circa Macedoniam lex eum qui nullum occidisset inimicorum virum cinctum esse ca-
pistro. Inter Scitas autem non licebat bibere in festo quodam cyphum circumportatum
ei qui nullum inimicum occidisset. Inter Iberos autem qui sunt gens bellicosa
tot numero immittentes compassant circa sepulcrum quot utique perimunt inimicorum

et alia multa utique apud alios sunt talia. hec quidem legibus comprehensa. hec autem
consuetudinibus. Quamvis videbitur utique valde inconveniens esse forte volenti
bus considerare. si hoc est opus politici posse speculari. qualiter principetur et
despotizet vicinis et volentibus et non volentibus. Qualiter enim utique et
hoc politicum aut legis latoris. quod neque legale est. Non legale autem. non
iuste solum. sed et iniuste principari. Imperare autem contingit et non iuste. Neque enim
medici neque gubernatoris opus est persuadere aut cogere. hunc quidem eos
qui curantur. hunc autem nautas. Sed videntur multi despoticam putare esse
politicam. et quod quidem singuli sibi non aiunt esse iustum neque expediens. hoc
non verecundantur ad alios studentes. Ipsi quidem enim apud se iuste principari
querunt. ad alios autem nichil curant iustorum. Inconveniens autem si non natura
hoc quidem despotizans est. hoc autem non despotizans est. Quare si quidem habet hoc
modo. non oportet omnibus temptare despotizare. sed despoticis. Sicut neque venari
ad festivitatem vel hostiam homines. sed ad id quod est ad hoc venabile. Est autem
venabile. quodcumque silvestre fuerit esibile animal. At vero erit utique et secundum se
ipsam una civitas felix que politizat videlicet bene. Si quidem contingit civi
tatem habitari alicubi. secundum se ipsam legibus utentem studiosis. cuius coordinatio
politie non ad bellum neque ad superandum erit adversarios. Nichil enim constat
tale. Palam igitur quod omnes que ad bellum curas bonas quidem ponendum. non
autem tamquam finem omnium summum. sed illius gratia habentes. Studiosi autem legislatoris
est considerare civitatem et genus hominum et omnem aliam communionem vite bone qualiter
participabunt et contingente sibi felicitate. Differunt tamen statutorum quedam legalium.
et hoc legislative est videre. Si aliqui existunt vicini. qualia ad quales studendum
aut qualiter decentibus ad quosdamque utendum. Sed hoc quidem posterius utique
sortietur congruam considerationem. ad quem finem oportet optimam politiam tendere. Ad
eos autem qui confitentur quidem vitam que cum virtute esse eligibilissimam. differentes
autem de usu ipsius dicendum nobis ad utrosque ipsos. Hii quidem enim reprobant politi
cos principatus. putantes vitam liberi alteram quandam esse a politica. et omnium

eligibilissima. sed qui hunc optimam. Impossibile enim nichil agentem agere bene.
Bona autem actionem et felicitatem esse idem. // Omnia hec quidem utique dicuntur
recte. hec autem non recte. sed quidem quod liberi vita melior quam despotica. hoc enim
verum. Neque enim servo inquantum servus uti venerabile. Iussio enim que de
necessariis nullo participat honestorum. Putare vero omnem principatum esse despo-
ticam non verum. Non enim minus distat liberorum principatus ab eo qui servorum
quam rursum. quod natura liberum: a natura servo. determinatum autem est de hiis sufficienter
in primis sermonibus. // Magis autem laudare sine actione esse quam agere non verum.
felicitas enim actio est. Adhuc autem multorum et perfectorum finem habent. que iustorum et
temperatorum actiones. // Et quidem forte utique existimabit aliquis hiis ita determi-
natis dominari esse omnium optimum. Sic enim utique plurimarum et pulcherrimarum dominus
erit actionum. Quare non oportet potentem principari proximo. sed magis auferre
et neque patrem filios. neque pueros patrem. neque totaliter amicum amicum nullum
reputare. neque adhuc curare. Quod enim optimum eligibilissimum. bene autem
agere optimum. // Hoc quidem igitur vere dicunt forte. si quidem existit spoliantibus
et vim inferentibus. quod entium eligibilissimum. sed forte non est possibile
existere. sed supponunt falsum. Non enim adhuc bonas actiones contingit esse ei qui
non differt tantum quantum vir a muliere. aut pater a natis. aut despotes a servis.
Quare qui transgreditur nichil utique tantum diriget postea quantum iam transgressus
a virtute. Similibus enim bonum et iustum in parte. hoc enim equale et simile. Non
equale autem equalibus et non simile similibus preter naturam. Nullum autem quod preter
naturam bonum. propter quod et si aliquis alius fuerit melior secundum virtutem et secundum potentiam
activam optimorum. huic bonum assequi. et huic obedire iustum. Oportet
autem non solum virtutem sed et potentiam existere. secundum quam erit activus. // Sed si hec dicuntur
bene et felicitatem bonam operationem ponendum: et communiter omnis civitatis utique
erit. et secundum unumquemque optima vita: que activa. // Sed activam non necessarium
esse ad alteros. sicut putant quidam. neque meditationes solas has esse acti-
vas eas que evenientium gratia fiunt ex agere. sed multo magis eas que perse perfectas

tcas q ipar gra theorias et meditatones. Bona enim acto. finis. Ergo
acto aliqua. Maxime aut agere dicimus et dnos exteriorum accionum architec
torias intellitibus. At vero neque sine actione esse necesse civitates. secundum se locatas
et in vivere eligentes. Contingit enim secundum partes et hoc accidere. Multe enim qui
tatones adinvicem partibus civitatis sunt. Similiter aut hoc existit et cui
libet quicunque hominum. Vix enim utique deus habebit bene. et totus mundus
quibus non sunt exteriores actones: preter proprias que ipsorum. Quod quidem quod
eandem vitam necesse esse. optima unicuique hominum. et communiter civitatibus
q | et hominibus manifestum. Que quidem igitur pro prohemialiter dicta sunt que circa hec dicta et manifestum
sunt de ipsis et circa alias politias nobis considerandum est primum:
principium reliquorum dicere. primo quales quasdam suppones esse desiderata consistere
advotum civitate. Non enim possibile est politiam fore optimam sine moderata
habundantia. Propter quod oportet multa presupponere quemadmodum optantes.
esse tamen nichil horum impossibile. Dico aut puta de multitudine civium et regio
nis. sicut enim aliis conditoribus. puta textori et navifico. oportet materiam
existere ydonea existente ad operatonem. Quanto enim utique hec extiterit prepa
rata melius: necesse et quod fit ab arte esse melius. Ita et politico et legislatori
oportet convenientem materiam existere ydonee secundum se habentem. Est aut politia prima
tessus primum multitudo hominum quot quot. et quales quasdam oportet existere natura. et secundum re
gione similiter quantam esse et qualem quandam hanc. Putant quidem quod pluri
mi congruere magna esse felicem civitatem. Si autem hoc verum: ignorant qualis magna
et qualis parva civitas. Secundum numerum enim multitudinem inhabitantium: iudicant
magnam. oportet aut magis non ad multitudinem. sed ad potentiam aspicere. Est
enim quoddam et civitatis opus quod potentem maxime hoc efficere. hanc esse maxi
mam. velud ypocratem non hominem. sed medicum. dicet utique aliquis esse maiorem
differentie secundum magnitudinem corporis. Non solum. sed et si oportet iudicare
respicientes ad multitudinem. non secundum contingentem multitudinem hoc putandum
Nam enim forte in civitatibus existere. et multorum servorum numerum et advenarum

et extraneorum. Sed quorumque sunt partes civitatis et ex quibus constat civitas propriis
partibus. Horum enim excessus multitudinis magne civitatis signum. Ex quo
autem banausi quidem multi numero exeunt, armorum autem utique pauci, hanc
impossibile esse magnam. Non enim idem magna civitas et multorum
hominum. Non solum sed et hoc ex operibus manifestum quod difficile, forte autem im-
possibile bene legibus regi eam que valde multorum hominum. Earum enim
que videntur politizare bene nullam videmus existentem remissam ad multitu-
dinem. Hoc autem palam et per persuasionem rationum. Lex enim ordo quidam est, et bonam
legislationem necessarium bonam ordinationem esse. Valde autem excedens
numerus non potest participare ordine. Divine enim utique potentie opus hoc que
et hoc omne continet. Cum quod bonum in multitudine et magnitudine consue-
vit fieri, propter quod et civitatem cuius cum magnitudine dictus terminus existit, hanc
esse optimam necessarium. Sed est et magnitudinis civitatis quedam mensura, sicut et
aliorum omnium, animalium plantarum organorum. Et enim horum unumquodque neque valde
parvum neque secundum magnitudinem excedens habebit suam potentiam, sed aliquando quidem totaliter
erit privatum natura, aliquando autem prave habens. Puta navis palmi quidem non
erit navis omnino, neque duorum stadiorum, ad aliquam autem magnitudinem veniens
hec quidem propter parvitatem pravam faciet navigationem, hec autem propter excessum.
Similiter autem et civitas que quidem ex paucis valde non per se sufficiens, civi-
tas autem per se sufficiens. Que autem ex multis valde in necessariis quidem per se sufficiens
sicut gens, sed non civitas. Politiam enim non facile existere. Cuius enim dux
exercitus erit valde excedentis multitudinis? Aut quis preco nisi magne vocis?
Propter quod necesse primam civitatem esse eam que ex tanta multitudine.
Que prima multitudo per se sufficiens est ad vivendum bene secundum politicam commu-
nionem. Contingit autem et eam que excedit hanc secundum multitudinem esse maiorem
civitatem. Sed hec non est sicut diximus infinitum. Quis autem sit excessus terminus
ex operibus videre facile est. Sunt enim actiones civitatis horum quidem
principantium, horum autem subditorum. Principantis autem opus est iussio et iudicium

. ad iudicandum autem de iustis. et ad distribuendum principatus secundum dignitatem necessarium cog
noscere inuicem ciues quales quidam sunt: tanquam ubi non accidit fieri. praue necesse fieri
circa principatus et iudicia. Circa utraque enim non iustum propter impetu agere
quod quidem in ea quae valde multorum hominum existit manifeste. Adhuc autem extraneis
et aduenis facile tussime politiam. Non enim difficile latere propter excessum
multitudinis. Palam igitur quod iste est ciuitatis terminus optimus. multitudinis
maximus excessus ad autharchiam inter facile conspicabilis. De magni
tudine quidem igitur ciuitatis. determinatum sit hoc modo

Consimiliter autem et quae de regione habent. de eo quidem enim quod est qualem
quidam: palam quod propter sufficientissima omnis quicumque lauda
bit utique talem autem necessarium esse omnia ferentem. Omnia enim existere et nullo
indigere: autarkes. Multitudine autem et magnitudine tanta ut possint
habitantes uiuere uacantes. liberaliter simul et temperate. hic autem terminus si bene uel non
bene dicimus: posterius considerandum diligentius. cum totaliter de possessione et de ea
que circa substantiam habundantia accidet facere mentionem: qualiter oportet habere et quo
ipsam ad usum. Multe enim circa considerationem hanc sunt dubitationes propter trahentes
ad utrumque excessum uite. hos quidem ad tenacitatem. hos autem ad delitias.
Speciem autem regionis non difficile dicere. Oportet autem quedam suaderi et ab his
que circa suadere et ab his que circa ducatum expertus sunt experti. Etenim oportet quidem
aduersariis esse difficile adibilem. Ipsis autem facile exhibile. Adhuc autem sicut multi
tudinem hominum diximus oportere facile conspicabilem esse ita et regionem. Quod autem
facile conspicabile est regionem esse facile auxiliabile. Ciuitatis autem po
sitionem si oportet facere ad uotum: ad mare quenit ponere bene. et ad regionem. Unus
quidem: qui dictus terminus. Oportet enim ad esse locorum omnium. Reliquus autem ad de
lectationes fructuum que nascuntur. Adhuc autem eius que circa ligna materie et utique
si quam aliam operationem talem regio existat possidens facile deportabile
De communicatione autem ad mare utrum conferens sit bene legibus rectis ciuitatibus
aut nociua multa existunt dubitantes. Aduenire enim aliquos in aliis nutritos

legibus incongruens aiunt esse ad bonam legislationem et hominum multitudine. fieri quidem enim consuetis maris emittentes et suscipientes negociatorum multitudine contrariam quidem esse ad politizare bene. Quod quidem igitur si hec non accidunt melius et ad securitatem et ad habundantiam necessariorum et regionem participare mari non manifestum. Etenim ad facilius ferre adversarios facile auxiliabiles oportet esse per ambo salvandos: secundum terram et secundum mare. et ad ledendum invadentes Si non per ambo possibile cum per alteram existet magis participantibus ambobus. Quecumque et non existunt apud ipsos entia: suscipere hec et superflua nascentium emittere. necessariorum. Sibi autem negociativam sed non aliis: oportet esse civitatem. Qui autem exhibent se ipsos omnibus forum. acquisitionis gratia hec agunt. Quam autem civitatem non oportet tali participare acquisitione. neque negociatorium oportet habere tale. Quoniam autem et nunc videmus multis existens et regionibus et civitatibus suburbia. et portus bene apte iacentia ad civitatem. ut neque occupet ipsum municipium. neque sit longe valde: sed obtineant muris. et talibus aliis firmaculis manifestum quod si quidem bonum aliquod accidit fieri per communitatem ipsorum existet civitati hoc bonum. Si autem aliquid nocivum: custodire legibus facile dicentes et determinantes quos non oportet et quos oportet misceri ad invicem. De navali autem potentia quod quidem optimum existere. usque ad aliquam multitudinem non manifestum. Non enim solum sibi ipsis. sed et vicinorum aliquibus oportet et terribiles esse. et posse auxiliari. sicut per terram et mare. De multitudine autem iam et magnitudine potentie huius aspiciendum ad vitam civitatis. Si quidem enim ducali et politica vivat vita: necessarium et hanc potentiam existere ad actiones commensuratam. Multitudinem autem hominum que fit circa nauticam turbam non necessariam existere civitatibus. neque enim ipsos oportet esse partem civitatis. Quod quidem enim superpositum liberum et pedestrium est. quod dominans et quod obtinet navigium. Multitudine autem existente in ministris et regionis agricolarum copiam necessariam esse et nautarum. Videmus autem hoc et nunc existens quibusdam. puta civitati Eracleotarum. Multas enim replent trieres edificata civitate magnitudine aliis oneratiore. De regione quidem et portubus

et civitatibus et mari et de nautica potentia sunt determinata hoc modo. De civili autem
multitudine quem quidem terminum oportet existere prius diximus.

Quales autem quosdam natura oportet esse nunc dicamus. Fere itaque de-
prehendet utique quis hoc respiciens ad civitates approbatas Grecorum
et ad totum orbem terre, ut occupatus est gentibus. Que quidem enim in frigi-
dis locis gentes et que circa Europam sunt quidem plene animositate, intellectu
autem et arte magis deficientes, propter quod libere quidem perseverant magis, non
politizare autem et vicinis principari non potentes. Que autem circa Asiam
intellective quidem et artificiose secundum animam, sine animositate autem, propter quod subiecte quidem
et servientes perseverant. Grecorum autem genus sicut mediat secundum loca, ita ambo-
bus participat. Etenim animosum et intellectivum est, propter quod liberum perseverat et
maxime politizans et potens principari omnibus una adipiscens politia.
Eandem autem habent differentiam et Grecorum gentes ad invicem. Hee quidem enim habent
naturam monocholam, hee autem bene mixte sunt ad utrasque potentias has. Manifestum
igitur quod oportet intellectivos esse et animosos natura eos qui debent esse euagogi legisla-
tori ad virtutem. Quod quidem enim aiunt quidam oportere existere custodibus,
scilicet amativos quidem esse notorum, ad ignotos autem silvestres: animus est qui facit
quod amativum. Hec enim est anime potentia qua diligimus. Signum autem: ad consuetos
enim et amicos animus attollitur magis quam ad ignotos, parvipendi putans. Propter
quod et Archilochus querens amicis convenienter disputat ad animum. Non enim
a bamicis alanchis perforaconeus. Et principans autem et quod liberum a potentia
hac existit omnibus; principativum enim et invincibile animus. Non bene autem
habet dicere silvestres esse ad ignotos; ad nullum enim oportet esse talem. Neque sunt qui magna-
nimi natura agrestes nisi ad iniusta agentes. Hoc autem magis adhuc ad consuetos
patiuntur, quod quidem dictum est prius, si iniuste pati putent. Et hoc accidit secundum
rationem. Apud quos enim debitam beneficentiam putant cum nocumento, hac et privari
putant. Unde dictum est: Seva inimici enim fratrum, et hii quidem ultra diligentes,
hii et ultra odiunt. De politizantibus quidem quantos oportet existere et quales quosdam

na. Adhuc autem regionem quantam quandam. determinatum est prius. Non enim eadem
certitudinem oportet querere per rationes et eorum que fiunt per sensum
Quoniam autem sicut aliorum secundum naturam consistentium non hec sunt partes totius
consistentie sine quibus totum non erit utique. palam quod neque civi-
tatis partes ponendum quecumque civitatibus necessarium existere. neque alterius communionis
nullius. ex qua unum aliquod genere. commune enim et idem oportet esse. et his communicantibus sive
equale sive inequale participant velut sive alimentum hoc est sive regionis multi-
tudo. sive aliud quid talium est. Cum autem sit hoc quidem huius gratia. hoc autem cuius
gratia. nichil in his commune. sed aliud huic quidem facere. huic autem accipere. Dico autem puta
organo omni ad id quod fit opus et operantibus. domui enim ad edificatorem nichil est
quod sit commune. sed est domus gratia edificatorum ars. Propter quod opus est possessione civi-
tatibus. possessio autem nulla pars est civitatis. Multe autem animate sunt partes posses-
sionis. Civitas autem communitas quedam est similium. gratia autem vite contingentis op-
time. Quoniam autem est felicitas quod optimum. hec autem virtutis operatio et usus quidam
perfectus. accidit autem sic. ut hos quidem contingat participare ipsa. hos autem mo-
dicum. aut nichil. palam quod hoc causa. Cur fiant civitatis species et differentie et po-
litie plures. Alio enim modo et per alia singuli hec venantes. vitas alteras faciunt
et politias. Considerandum autem et quot sunt hec sine quibus civitas non erit utique.
Etenim que dicimus esse partes civitatis. in his utique erunt propter quod necessarium
existere. Sumendus igitur operum numerus. Ex his enim erit palam. Primo quidem igitur
oportet existere alimentum. deinde artes. Multis enim organis indiget id quod est
vivere. Tertio autem arma. Communicantes enim necessarium et ipsis habere arma. ad principa-
tum inobedientium gratia et ad conantes iniusta inferre extrinsecus. Adhuc
pecuniarum aliquam habundantiam. quatinus habeant. et ad opportunitates que secundum se
ipsos. et ad bellicas. Quinto autem et primum ea que circa divinum curam quod vocant
sacerdotium. Sextum autem numero et omnium necessarissimum iudicium de conferentibus et iustis
adinvicem. Opera quidem igitur hec sunt quibus indiget omnis civitas ut est dicere. Ci-
vitas autem multitudo est non quecumque. sed ad vitam per se sufficiens. ut dicimus. Si

aut aliquid horum contingat deficere impossibile simpliciter per se sufficientem communionem
hanc esse. Necesse ergo secundum operationes has consistere civitatem. Oportet ergo agricolarum esse
multitudinem que preparent alimentum et artifices et propugnatorium et quod opulentum
et sacerdotes et iudices necessariorum et conferentium.

8 Determinatis autem hiis: reliquum considerare utrum omnibus communi-
candum omnia hec. Contingit enim eosdem omnes esse et agricolas
et artifices et consiliantes et iudicantes. aut secundum unumquodque opus dictorum alios
supponendum. aut hec quidem propria. hec autem communia horum ex necessitate sunt. Non in omni
autem policia hoc. Sicut enim diximus contingit et omnes communicare omnibus et non omnes
omnibus sed quosdam quibusdam. Hec enim et faciunt politias alteras. In democratiis
enim participant omnes omnibus in oligarchiis autem contrario. Quoniam autem existimus
considerantes de optima policia. hec autem secundum quam civitas utique erit maxime
felix. felicitatem autem quod sine virtute impossibile est existere dictum est prius. Manifestum
quod in optima politizante civitate et habente iustos viros simpliciter sed non
ad suppositionem: neque banausam vitam neque forensem oportet vivere cives. ignobilis
enim talis vita et ad virtutem contraria. Neque oportet agricolas esse. Opus enim
vacatione et ad virtutis generationem et ad actiones politicas. Quoniam autem et bellicum
et consiliativum de conferentibus et iudicans de iustis inexistit. Et videntur maxime
esse partes civitatis. Utrum altera et hec ponenda aut eisdem danda ambo. Manifestum
utique et hoc quod modo quidem aliquo eisdem. modo autem aliquo alteris. Quia quidem
enim alterius etatis utrumque optimum et hoc quidem indiget prudentia. hoc autem potentia
alteris. Quia autem impossibilium est potentes violentiam agere et prohibere hos sufficere
subiectos semper hac eisdem. Qui enim armorum domini et manendi et non manendi
politiam sunt domini. Relinquitur ergo eisdem quidem utrisque dare politiam hanc. Non
autem simul sed sicut aptum natum est. potentia quidem in iunioribus. prudentia
autem in senioribus esse. Igitur sic ambobus distribui expedit et iustum esse. Ha-
bet enim hec divisio quod secundum dignitatem. Adhuc et possessiones oportet esse circa hos. Necesse
enim habundantiam existere civibus. Cives autem isti. Nec enim banausum

non participare civitate, neque aliud nullum genus quod non virtutis conditivum est.
Hoc autem palam ex suppositione. felicitari quidem enim necesse existere cum virtute.
felicem autem civitatem non ad partem aliquam ipsius respicientes oportet dicere
sed ad omnes cives. Manifestum autem et quod oportet possessiones esse horum. Si
quidem necessarium agricolas esse servos aut barbaros aut periecos. Reliquum
autem ex dinumeratis quod sacerdotum genus. Manifestus autem et horum ordo. Neque
enim agricolam neque banausum sacerdotem constituendum. A civibus enim decet ho
norari deos. Quoniam autem divisum est id quod civile in duas partes. hoc est in id quod
armorum et consiliativum. decet autem cultum exhibere diis et requiem
habere circa ipsos eos qui propter tempus abdicati sunt. hos assignandum utique erit
sacerdotibus. Sine quibus quidem igitur civitas non consistit. Et quot partes civitatis
dictum est. Agricolas quidem enim et artifices et omne quod mercenarium necessarium
existere civitatibus. Partes autem civitatis id quod armorum et consiliativum
et separatum est utique horum unumquodque. hoc quidem semper. hoc autem secundum partem. Videtur
autem non nunc neque recenter hoc esse notum hiis qui de politia philosophizant
quod oportet divisam esse secundum genera civitatem et quod bellicum aliud esse et quod
terre cultivum. In egipto enim habet hoc modo adhuc autem et nunc que circa cretam.
Que quidem igitur circa egiptum sesorius ut aiunt ita lege statuit. Menos
autem que circa cretam. Antiqua autem videtur esse et conviviorum institutio. Et que
circa cretam facta circa regnum Menonis. Que autem circa ytaliam multo
antiquiora hiis. Aiunt enim historici habitantium ibi quendam fuisse regem
omotre. A quo nomine transmutantes ytalos pro omotis vocatos esse et horam
hanc europe ytale nomen accepisse quecumque existit intra sinum Syl
leticum et lameticum. distant autem hec ab invicem itinere medie diei. Hunc itaque
ytalum aiunt omotros pastores existentes fecisse agricolas et leges ipsis
alias posuisse et convivia instituisse primo. propter quod et nunc vocati cognomina
ipsius ausones. Hii autem ad yapigiam et ionium thones vocatam syr
tim. Erant autem thones omotri genere. Conviviorum quidem igitur institutio

hinc facta fuit primo. Separatio autem que secundum genus civilis multitudinis ex egyp-
to. multum enim excedit temporibus regnum menonis sesostris.
fere quidem igitur et alia oportet putare inventa fuisse sepe in multo tempore. magis
autem infinities. necessaria quidem enim oportunitatem ipsam verisimile docere.
Que autem ad bonam aptitudinem et circumstantiam existentibus iam hiis ro-
nabile accipere incrementum. Quare et circa policias oportet putare eodem modo habere.
Quod autem omnia antiqua. signum que circa egyptum sunt. Isti enim antiquissi-
mi quidem videntur esse. leges autem sortiti sunt. et ordinem politicum. propter quod oportet dictis
quidem sufficienter uti. pretermissa autem. temptare querere. Quod quidem igitur oportet
regionem esse arma possidentium et participantium policia. dictum est prius. et quod
agricolas oportet esse alios ab ipsis. et quantam quandam et qualem oportet esse regionem
& De distributione autem et de agricolis. quos et quales esse oportet. dicendum
primo. quoniam neque communem dicimus oportere esse possessionem sicut
quidam dixerunt. sed usu amicabiliter factam communem. Neque egere alimento
aliquem civium. De conviviis autem simul videtur optimum esse omnibus civitatibus bene
institutis existere. propter quam autem causam simul videtur et nobis. posterius dicemus. Oportet
autem hiis communicare omnes cives. Non facile autem egenos a propriis afferre quod
statutum et gubernare aliam domum. Adhuc autem que ad deos expense: sunt
communes toti civitati. Necesse igitur in duas partes divisam esse regionem. et
hanc quidem esse communem: hanc autem propriam. et harum utrasque divisam esse dupliciter
omnibus. Communis quidem alia pars ad oblationes ad deos. alia autem
ad expensas conviviorum. Eius autem que singularium: alia pars ad ypas civitatis
alia autem ad civitatem. ut duabus sortibus unicuique distributis. utrisque locis
omnes participent. Quod enim equale sic habet. et quod iustum. et ad municipales ini-
micos adversarios: magis consonum. Ubi enim non hunc habet modum. hii quidem
parvipendunt inimicitiam ad vicinos. hii autem nimis curant et preter
id quod bonum. quibusdam lex est vicinantes cum finitimis. non comparticipare ho-
nore eorum que ad ipsos pertinent. talem propter confinium. Non utique potentes consiliari

bri. Regionem quidem igitur necesse dividi hoc modo: propter predictas causas. Terram autem cultivos maxime quidem si oportet ad votum, servos esse, nec omnibus eisdem tribus, neque animosos. Sic enim utique ad operationem erunt utiles, et ad nichil innovare securi. Secundo autem barbaros inactos consimiles dictis secundum naturam. Horum autem hos quidem in propriis esse possidentium substantias, eos autem qui in communi terra communes. Quo autem modo oportet uti servis, et quia melius omnibus servis premium proponi libertatem, posterius dicemus.

7 Civitatem autem quod quidem oportet communem esse aride et maris et regionis omnis similiter contingentibus dictum est prius. Ipsius autem ad se ipsam, si ad votum oportet adipisci positionem, quatuor utique respicientes oportet: primum quidem tanquam necessarium ad sanitatem. Que enim ad ortum declinationem habent et ad ductos flantes ab oriente saniores. Secundo autem ad boream, hiemaliores enim hee magis. Reliquorum autem ad politicas actiones et ad bellicas bene habere. Ad bellicas quidem igitur ipsis bonum exitum oportet esse, adversariis autem difficile adibilem, et difficile circumspicibilem. Aquarum autem et fontium maxime quidem consistere multitudinem convenientem. Si autem non, hoc inventum est preparatione susceptaculorum aquarum imbrium copiosorum et magnorum, ut numquam deficiat prohibitis a regione propter multitudinem. Quoniam autem oportet de sanitate inhabitantium sollicitari, hoc autem est in positum locum in tali et ad talem bene, secundo autem aquis sanis uti, et huius curam habere non accessorie. Quibus enim plurimum utimur ad corpus et sepissime, hec plurimum conferunt ad sanitatem. Aquarum autem et spiritus natura huiusmodi habent naturam. Propter quod quidem in bene sapientibus oportet distingui, si non omnes similes neque copiose sint tales aquarum fontes, eas que ad alimentum aquas et eas que ad aliam oportunitatem.

8 De locis autem munitis non omnibus politiis similiter habet quod expediens, puta arx oligarchicum et monarchicum, et democraticum autem equalitas. Aristocraticum autem neutrum, sed magis fortia loca plura. Dispositio autem familiarium habitationum delectabilior putatur et utilior ad alias actiones

si bene penetrabilis sit secundum modum iuniorem et adornatum eorum. Ad bellicas autem secu-
ritates contrario ut habebant secundum antiquum modum. difficilis enim exitus illa extraneis
et difficile perscrutabilis invadentibus. propter quod oportet utrisque hiis participare. Contingit
enim si quis ita preparavit sicut inter agricolas quos vocant quidam vinearum pplanta-
das. et totam quidem civitatem non facere facile penetrabilem. Secundum partes autem et loca
sic enim et ad securitatem et adornatum bene habebit. De muris autem non dicentes
oportere habere muros eas que studiosas civitates. valde antique existimant. et hec videntes
opere redargutas eas que illo modo decorant. Est autem ad quosdam quidem et non
multum differentes multitudine non bonum temptare salvari per murorum munitionem.
Cum autem et accidit et contingit maiorem excessum fieri insurgentium quam sit virtus
humana. et ea que in paucis sit oportet salvari. et non pati male. neque iniurias
sustinere. firmissimam munitionem murorum. existimandum esse bellicosissimam
aliter et iam inventas hiis quam circa sagittas et machinas ad certitudinem ad insultus.
Simile enim velle muros non circumponere civitatibus. et regionem facile in-
gressibilem querere et circumtollere montana loca. Similiter autem et domibus habitationibus
non circumponere muros. tamquam non virilibus futuris habitatoribus. At vero neque
hoc oportet latere quod circumponentibus quidem muros circa civitatem. licet utique
modo uti civitatibus. et tamquam habentibus muros. et tamquam non habentibus. hiis
autem que non habent. non licet. Si utique hoc sic se habet modo non quod muros solum circum-
ponendum. sed et de hiis curandum quomodo et ad ornatum habeant civitati decenter
et ad bellicas oportunitates. et ad alias. et ad iam inventas. Sicut enim invaden-
tibus cura est per quos modos superaggrediantur. sic hec quidem inventa sunt. hec autem querere
oportet et philosophari custodientes. A principio enim neque conantur invadere bene prepa-
ratam. Quoniam autem oportet multitudinem quidem civium in conviviis distri-
butam esse. muros autem distinctos esse observatoriis et turribus
et locis optimis. palam quod utique hoc modo disponere oportet. Eas autem que divinis
apparent habitationes et principalissima antiquorum convivia. congruit locum idoneum

hre et eidem. quecumque non sacerdotum lex determinavit. seorsum. vel aliquod
oraculum aliud appollinis visum. Erit autem utique talis locus qui apparentiam
habet ad virtutis positionem sufficient. et ad vicinas partes civitatis eminent.
Decet autem sub hoc quidem loco talis quod fori esse preparationem qualem et circa thetta
liam nominant. quod liberum vocant. hoc autem est quod oportet purum esse a venalibus omnibus. Et neque banausum neque agricolam. neque alium aliquem talem
appropinquare. non vocatum a principibus. Erit autem utique bene gratiosus locus
si et gymnasia seniorum habeant ordinem hic. decet enim divisum esse secundum etates.
et hunc ornatum. et apud minores quidem principes aliquos demorari. iuvenes autem apud principes. Que enim in oculis presentia principum. maxime
efficit veram verecundiam. et eum qui liberorum timorem. Venalium autem fori oportet
esse aliud ab hoc. et seorsum hunc locum. eusynagogum. hunc qui emanantium
et hunc que a regione omnibus. Cum autem multitudo civitatis dividi
in sacerdotes in principes. decet et sacerdotum quinnia hic ordinem circa edes sacras
principatum autem quecumque circa contractus faciunt curam. et circa scripturas sinarum
et vocationes. et aliam talem dispensationem. Ab hoc autem circa agoranomiam et
eam quam vocant astinomiam. apud forum quidem oportet et in quodam quam
communi constitui. Talis autem qui circa necessarium forum locus est in vocatione enim
esse id quod superius ponimus. hoc autem ad necessarias actiones. Distributa autem oportet
esse dictum ordinem. et que circa regione. Et enim ibi principantibus quos vocant
hii quidem ylorous. hii autem agronomos et simitoria et quinnia ad custodiam necessariam existere. Est autem secundum partem per regione esse distributa. hec quidem diis hec autem
heroibus. Sed immorari nunc diligenter exquirentes et dicentes. de talibus inutile est. Non enim difficile est talia intelligere. sed facere magis
dicere quidem enim voti opus est. evenire autem: fortune. Propter quod de talibus
quidem quod quidem ad plus. dimittatur nunc et

130

ẽ ipa aut politia ex q̃libz ⁊ q̃bus optet q̃sistẽ ciuitatẽ
que dz esse bata ⁊ politizare bn̄ : dicendũ. Cum aut
duo sint inquibus fit bn̄ omnibus. hoꝝ aut est unũ quidẽ in eo
q intentom et fine actionũ poni recte. Unũ aut inuenire actio
nes ferentes ad fine. Cotingit em h̄ et dissonare abinuicẽ ⁊ con
sonare. Alñ em intētio quidē latet bona. In agere aut ut adipis
cantur ꝑ̄pam peccant. Alñ aut om̄ia quidem que ad fine adipis
cuntur. Sz finem posuerint ꝑuũ. Aliqñ aut in utroqz peccant
velud circa meditatiam. nz q̃le quid oz esse q qualesit corpus
meditant. alñ bn̄. Neqz ad suppositum ipis t̃minũ adipiscunt̄ sanitatem
Optet aut in artibus ⁊ sciis h̄ ambo optinẽ fine ⁊ eas q in fine
actiones. Q̃d quidē ḡ bn̄ uiuere ⁊ felicitate appetũt omes: mani
festũ. Sz h̄ adipiscendi hñs quidē potestas hñs aut no. ꝑꝑ quãdã
fortuna aut naturam. Indiget em ꝯsuccessu aliquo. uiuẽ bn̄. hiis
q̃ minori quidē qui melius dispositi. ampliori q̃ qui detius. hñ
q̃ mox no recte q̃runt felicitate. potestate existẽte. Cum aut
ꝑpositum est optima politiam uidẽ. h̄ aut est scdm q̃m optime
utiqz politizabit ciuitas. Optime aut utiqz politizabit. ꝭ q̃m
felicitati maxime cotingat ciuitatem. palam quia felicitate
quid sit: oz no latẽ. Dicimus aut ⁊ determinauimꝰ i ethicis. si comi
illarũ utilitas est: opatom esse ⁊ usum uirtutis ꝑfcm. ⁊ hac ñ ex
suppone. ꝭ simplicit̃. Dico aũ ex suppone que ñcia. Simpliciter
aut q bn̄. puta que quidē circa iustas actiones sine supplicia pu
nitiones. a uirtute quidē sũt. ⁊ ñcia aut. ⁊ q̃d bn̄ ñcio hñt. Eligibiliꝰ
quidē em nullo talium indigere neqz uirũ neqz ciuitatẽ. Que aut
ad honores ⁊ habundantias: simplicit̃ sũt optime actiones. Altiꝰ

quidem mali cuiusdam electio est. Tales autem actiones e contrario: preparationes
enim bonorum sunt et generationes. Utetur autem et utique studiosus vir
et paupertate et egritudine et aliis pravis fortunis bene. Sed quod beatum in
contrariis est. Etenim hoc determinatum est secundum morales sermones, quoniam talis est
qui studiosus cui propter virtutem bona sunt que simpliciter bona. Pa-
lam autem et quod usum necesse hos studiosos et bonos esse simpliciter.
Propter quod et putant homines felicitatis causas exteriora bonorum
esse, sicut si eius quod est citharizare pulchre et bene causam ponant liram magis
quam artem. Necesse igitur ex dictis hec quidem existere, hec autem preparare legislato-
rem. Propter quod ad votum optamus civitatis constitutionem, quorum fortuna
domina. Quare enim existere ponimus studiosam esse civitatem. Non
adhuc fortune opus est, sed scientie et electionis. At vero studiosa civitas
est in eo cives participantes politia studiosos esse. Nobis autem omnes
cives participant politia. Hoc igitur considerandum qualiter vir fit studio-
sus. Etenim si omnes contingit studiosos esse, non secundum unumquemque autem
civium, sic eligibilius. Assequitur enim ei quod secundum unumquemque et quod omnes.
At vero boni et studiosi fiunt per tria. Tria autem hec sunt: natura, consuetudo, ratio.
Etenim nasci oportet primum, puta hominem, sed non aliorum aliquid animalium.
Sic et qualem quendam secundum corpus et secundum animam. Quedam autem nulla uti-
litas nasci. Consuetudines enim transmutare faciunt. Quedam enim sunt
per naturam et ad utraque secundum consuetudines ad deterius et ad melius.
Alia quidem igitur animalium maxime quidem natura vivunt, parva autem quedam
et consuetudinibus. Homo autem et ratione: solum enim habet rationem. Quare oportet
hec consonare invicem. Multa enim preter consuetudines et naturam agunt
propter rationem si persuadeantur aliter habere melius. Quales quidem igitur natura existentes
esse oportet futuras facile ductibiles a legislatoribus determinavimus

131

pus. Reliqm iam: opus disciplme. hr quid em assuesci addiscunt
quia a omis politica ciuitas constat // hr a audientes
de principantibus et subiectis: hr ma considand. si alios
oportet ee principantes et subiectos. Aut eosdem puitam. palam ei
quod consequi oportebit et disciplina sed dione hac // Si quide tm differen
tes alii ab aliis: quitu deos et heroes estimamus ab hominibus diff
re. Confestim primo sedm corpus multam hntes excellentiam.
dein sedm aiam ut indubitata sit. et manifesta excellencia
principantium respectu subiectorum. palam quia melius semper eosde
hos quidem principari. hos aut subici semel // Quoniam aut hr no facile acci
pere. neque est sicut inter indos. ait scylax esse reges tm differentes
a subditis. manifestu quod propter multas causas necium omes similiter communicare
eo quod est sed partem principari et subici. Idem em equale. idem similibus. et
difficile manere politiam constitutam preter id quod iustu. Cum subditis
em existunt omes volentes innovare. qui per regione tot quod multi
tudine esse eos qui in politeumate. ut sint valentiores hiis omnibus
unum aliquid impossibile est // At vero quod oportet principantes differre
a subditis. indubitatu est. Qualiter igitur hr erunt. et qualiter participabunt
oportet legis considerare latorem. dictum est aut prius de ipso. Natura
em dedit electionem faciens eidem genere. hoc quidem iuvenius hoc a senius
quorum hos quidem subici decet. hos aut principari // Indignatur aut
nullus sed etatem subditus. neque putant esse valentior. aliterque et
futurus suscipere talem honorem: cum sortitus fuit advenientem
etate. est quidem igitur ut eosdem principari. et subici dicend. est aut
ut alios. Quare et disciplinam est ut eandem necessarium. est aut ut alteram
esse. Futurum em bene principari subditu fuisse primo aiunt oportere
est aut principatus sicut in primis dictum est sermonibus. hic

quia principantis gratia: h' a subditi. horum aut hic quia despoticum esse diximus. hic a liberorum. differunt a quedam preceptorum non operibus s eo q alicuius gratia. propter quod multa eorum que videntur esse ministralia opera et iuvenum liberis honestum ministrare. Ad honestum enim et non honestum non sic differunt actiones s se ut in fine et eo q cuius gratia

q Quoniam aut civis et principantis eandem virtutem esse dicimus et optimi viri. Eundem aut subditum prius oportere fieri et principantem postmodum. hoc utique erit legislatori tractandum: qualiter viri boni fiant. et per quas adinventiones. et quis q finis optime vite. Divise sunt a due partes anime. Quarum h' quidem habet rationem s se. hec a non habet quidem s se. rationem a obedire potens. quarum dicimus virtutes esse secundum quas vir bonus dicitur aliqualiter. harum aut in qua magis quis finis. dividentibus quidem sic. ut nos dicimus non immanifestum qualiter dicendum. Semper enim quod deterius. melioris gratia est. et hic manifestum similiter in hiis q s artem. et in hiis que s naturam. melius a q rationem habet. Divisum e aut dupliciter s modum quo consuevimus dividere. h' enim practica ratio est. h' aut speculativa. Eodem igitur modo necesse et hanc partem divisam esse videlicet. et actiones proportionaliter dicemus habere. et oportet eas que melioris eligibiliores esse potentibus attingere. aut omnibus aut duabus. Semper enim unicuique hoc maxime eligibile quo attingere est summum. Divisa est a et tota vita. in non vacationem et vacationem et bellum et pacem. et agibilium h' quidem in necessaria et utilia h' aut in bona. de quibus necesse eandem electionem esse et partibus anime et actionibus ipsarum. bellum quidem: pacis gratia. Non vacationem aut: vacationis. Necessaria a et utilia: bonorum gratia. Ad omnia quidem igitur aspicienti politico: leges ferendum et s partes anime. et s actiones ipsarum. magis aut ad meliora et fines

Eodem autem modo et circa civitates et respondiones. Oportet enim posse non
vacare et bellare, magis autem pacem ducere et vacare et necessaria et utilia
agere, magis autem oportet bona. Quare ad has intentiones et pueros ad
hoc existentes erudiendum et alias etates quecumque indiget erudi-
tione. Qui autem nunc optime videntur politizare grecorum et legis-
latorum qui has instituerunt policias, neque ad optimum finem videntur
ordinasse que circa policias, neque ad virtutes leges et eruditionem. Sed
importune declinaverunt ad eas que videntur esse utiles et superhabundantes.
Consimiliter autem hiis et quidam eorum qui posterius scripserunt protulerunt
eandem opinionem. Laudantes enim lacedemoniorum politiam
laudant legislatoris intentionem quod omnia ad imperare et ad bellum
legis statuta fecerunt. Que et secundum rationem sunt facile arguibilia
et operibus sunt redarguta. Sicut enim plurimi hominum zelant multis do-
minari, quia multo paratu fiunt exfortunii, sic et tymbron
videtur laudans lacedemoniorum legislatorem et aliorum unusquisque
scribentium de policia ipsorum, quia propterea quod exercitati sunt ad pericula:
multis principabantur. Quamvis palam quod quia nunc quidem non adhuc
inest lacedemonibus principari, non felices, neque legislator bonus.
Adhuc autem et hoc ridiculum, si manentes in legibus ipsius et nullo impe-
diente ne utantur legibus, abiecerunt vivere bene. Non recte autem pro-
existimant neque de principatu quem oportet videri honorantem legislatorem.
Eo enim quod est despotice principari liberorum principatus melior
et magis cum virtute. Adhuc autem non propter hoc oportet civitatem fe-
licem putare et legislatorem laudare quia prevaluit ad prin-
cipari circumvicinos. Hec enim magnum habent nocumentum. Palam enim
quod et civium potenti hoc temptandum prosequi, qualiter possit ipse civi-
tati principari. De quo quidem accusant lacedemones pausaniam

regem et quidem habentem tantum honorem. Neque itaque talium regum
et eorum politia nulla neque prospera. Neque ita est. Hec enim optima et
singillatim et communiter legislatorem efficere oportet hec in animabus hominum.
Conditioque pro hominum et quod adversariorum studium non huius gratia oportet medi-
tari ut servituti subiciant indignos. Sed ut primo ipsi non serviant
aliis. Deinde ut zelent principatum gratia utilitatis subditorum. Sed non
gratia despotie omnium. Tertio quod despotizare dignis servire. Quod
autem oportet legislatorem magis studere gratia ordinis et pacis
testantur ea que fiunt operibus. Plurime enim talium civitatum bellan-
tes quidem salvantur postquam autem obtinuerunt principatum pereunt.
Rubiginem enim acquirunt sicut ferrum pacem ducentes. Causa autem legis-
lator non erudiens posse vacare. Quoniam autem idem finis esse
videtur et communiter et singillatim hominibus et eundem terminum necesse
esse optimo viro et optime politie, manifestum quod oportet eas
que ad vacationem virtutes existere. Finis enim sicut dictum est sepe
pax quidem belli, vacatio autem non vacationis. Utiles autem virtutum
ad vacationem et deductionem sunt quarum in vacatione est opus et quarum
in non vacatione. Oportet enim multa necessariorum existere ut detur ei va-
care. Propter quod temperatam esse convenit civitatem et fortem et perseverativam.
Secundum proverbium enim non est servis vacatio. Qui autem non possunt peri-
culari viriliter servi invadentium sunt. Fortitudine quidem igitur et perse-
verantia opus est ad non vacationem, philosophia autem ad vacationem. Tem-
perantia autem et iustitia in utrisque temporibus et magis pacem du-
centibus et vacantibus. Bellum quidem enim cogit iustos esse
et temperate agere. Fruitio autem bone fortune et vacare cum pace
iniuriatores facit magis. Multa igitur indigent iustitia et multa
temperantia qui optime videntur agere et omnibus beatis frui

velud si qui sunt sicut poete aiunt in beatorum insulis. Maxime enim hii indigebunt philosophia et temperantia et iustitia, quanto magis vacant in habundantia talium bonorum. Quod quidem igitur futuram felicitari et studiosam futuram civitatem oportet hiis virtutibus participare manifestum. Cum enim sit turpe non posse uti bonis, adhuc magis non posse in vacando uti, sed non vacantes quidem et bellantes videri bonos, pacem autem ducentes et vacantes serviles. Propter quod oportet non sicut Lacedemoniorum civitas virtuti studere. Illi quidem enim non hac differunt ab aliis in non putare eadem aliis maxima bonorum, sed in fieri hec magis per quandam virtutem. Quoniam autem maiora bona quam que bellicis hec et fruitionem horum quam eam que virtutum, et quod propter ipsam magis valet, autem et per que erit hoc utique speculandum // manifestum quoniam laud. Diffinivimus igitur prius quod natura et consuetudine et ratione opus est. Horum autem quales quidem quosdam esse oportet natura determinatum est prius. Reliquum autem considerare utrum instruendi ratione prius vel consuetudinibus. Hec enim oportet ad invicem consonare consonantia optima. Contingit enim peccare et rationem ab optima suppositione et per similia duci. Manifestum utique hoc primo quidem sicut in aliis quod generatio a principio est et finis ab aliquo principio alterius finis. Ratio autem nobis et intellectus nature finis. Quare ad hos generationem et consuetudinum studium oportet preparare. Deinde sicut corpus et anima duo sunt, ita et anime videmus duas partes, quod irrationabile et rationem habens, et habitus horum duos secundum numerum, quorum hoc quidem est appetitus, hoc autem intellectus. Sicut autem corpus prius generatione quam anima, ita et quod irrationabile quam rationem habens. Manifestum autem et hoc: animus enim et voluntas, adhuc autem et concupiscentia et mox natis consistunt pueris, ratiocinatio autem et intellectus procedentibus nata sunt inesse. Propter quod primo

quidem corporis curam necessariam esse priorem quam eam que anime deinde eam que appetitus. Gratia vero intellectus: eam que appetitus. Gratia autem corporis eam que anime. Siquidem igitur a principio legislatorem videre oportet qualiter corpora optima fiant eorum que educantur. Primo quidem curandum circa coniugium. quando et quales quosdam existentes oportet facere nuptialem collocutionem. Oportet autem leges ferre circa hanc communicationem aspicientem ad ipsos. et ad tempus vivendi. ut conveniant etatibus ad idem tempus. et non dissonent potentie hoc quidem adhuc potente generare. hac autem non potente: aut hac quidem viro autem non. hec enim faciunt et dissensiones ad invicem et dissimilitudines. Deinde et ad puerorum successionem. Oportet enim neque subdeficere pueros etatibus patrum. sine proficuum enim senioribus quidem gratie que a pueris. Et que autem a patribus auxilium. pueris neque valde prope esse. multam enim displicentiam verecundia quoque minus existit talibus tamquam coetaneis. et circa dispensationem querulosum quod prope invicem. Adhuc autem unde incipientes venit devenimus quatenus corpora natorum existant ad legislatoris voluntatem. fere igitur omnia accidunt secundum unam curam. Quoniam enim determinatus est finis generationis. ut ad plurimum est dicere. viris quidem numerus septuaginta annorum ultimus. quinquaginta autem mulieribus. oportet principium coniugationis secundum etatem ad ipsa hoc descendere. Est autem iuniorum ut iuvenum coitus pravus ad puerorum procreationem. In omnibus enim aliis imperfecti iuvenum fetus. et femellicola magis. et parvi secundum formam. Quare necessarium hoc ipsum et in hominibus accidere. argumentum autem. In quibuscumque enim civitatum coniungitur iuvenes et iuvenculas. imperfecti et parvi corporibus sunt. Adhuc autem in partubus quedam dolent magis et pereunt plures. propter quod et oraculum quidam aiunt factum fuisse propter tale Troezeniis. tamquam multis pereuntibus propter nubere magis iuvenculas

et non ad fructuum productionem. Adhuc autem et ad temperantiam expedit
coitus facere senioribus. Intemperatiores enim videntur iuvencule
que use fuerint coitibus. Et masculorum corpora ledi videntur ad augmentum
si adhuc corpore crescente fecerint coitum. Etenim huius quoddam tempus
determinatum quod non excedit multum adhuc. Propter quod has quidem
congruit circa etatem decem et octo annorum coniugari, hos autem circa triginta
septem aut parum. In tanto enim tempore perfectis corporibus coniugatio erit
et ad perfectionem puerorum procreationis convenient temporibus optime.
Adhuc autem successio puerorum hiis quidem erit inchoante acmes si fiat
secundum rationem mox generatio, hiis autem resoluta iam etate ad numerum septu-
aginta annorum. De eo quidem igitur quod est quando oportet fieri coniugium dictum est.
Hiis autem que circa temperancitatem temporibus oportet uti quibus multi
utuntur. Bene et nunc determinantes hieme fieri commorationem hanc.
Oportet autem et ipsos speculari ad puerorum procreationem et que a medicis
dicuntur et que a physicis. Medici enim tempora corporum dicunt sufficienter,
et de spiritibus physici boreales australibus laudantes magis. Qualibus autem
quibusdam corporibus existentibus maxime utilitas erit hiis qui
generantur, scientibus quidem magis dicendum in hiis que de discipli-
na, typo autem sufficiens dicere et nunc. Neque enim qui athletarum
oportunus habitus ad politicam bonam habitudinem, neque ad euexiam
neque ad sanitatem et ad puerorum procreationem, neque qui curis indigens
et male habens valde, sed medius horum. Oportet quidem igitur habere habitum la-
boribus passum, passum autem labores non violentos neque ad unum solum, sicut
athletarum habitus, sed ad actiones liberorum. Similiter autem oportet idem ex-
istere et viris et mulieribus. Oportet autem et pregnantes curare
de corporibus, non desidia torpentes, neque subtili cibo utentes.
Hoc autem facile legislatori facere precipienti cotidie aliquod iter facere ad deorum

reuerenciam. hiis que perfecte sunt eis qui de generatione honorem
intellectum in exterioribus corporibus paruis contingit deduci. Que enim
uidentur abstinenda ab ea que est sicut nascentia autem. De re-
seruatione autem et alimento genitorum sit lex: nullum orbatum nutri-
re. propter multitudinem autem puerorum ordo gentium prohibet nichil exponi geni-
torum. oportet autem determinatam esse multitudinem puerorum procreationis.
Si autem aliquibus fiant preter hec combinatis. antequam sensus insit et
uita: fieri oportet abortum. Quod enim sanctum et quod non: determinatum
sensu et ipso uiuere erit. Quoniam autem principium quidem etatis uiro et
mulieri determinatum est quando oportet incipere coniugationem et quanto tempore de-
seruire contingit ad puerorum procreationem: sit determinatum. Seniorum enim
fetus sicut et iuniorum imperfecti fiunt et corporibus et intellectibus. Quorum
autem decrepitorum debiles. propter quod secundum intellectus acumen. hoc autem est in plu-
ribus. quando quidam poetarum aliqui disposuit mensurantes ebdoma-
dibus etatem circa tempus quinquaginta annorum. ut quatuor aut quinque
annis excedentem etatem hanc dimittere oportet eam que ad
generationem. Et quod reliquum: sanitatis gratia aut alicuius alterius talis cau-
oportet uidere facientes collocutionem. De ea autem que ad aliam: et
ad alium sit quidem simpliciter non bonum tangentem uidere nulla-
tenus nullo modo cum sit et appelletur coniugium. Circa tempus autem
puerorum procreationis si quis appareat tale quid agens dampnificetur
inhonoratione decenti ad peccatum.

[S]atis autem pueris magnam putare differentiam esse ad corporum
potentiam: alimentum. Quale quoddam utique sit apparet autem
et per alia animalia considerantibus et per gentes quibus cura est inducere
bellicum habitum lactis habundans alimentum maxime familiare
corporibus. magis autem sine uino. propter egritudines. Adhuc autem et motus

quoscumque contingit facere tantillos. expedit ad non defluere autem me-
bra propter teneritudinem utuntur et nunc quedam gentium instrumentis
quibusdam mechanicis que faciunt impalpabile corpus talium. Ex-
pedit autem mox et ad frigora consuescere ex primis pueris. hoc enim et
ad sanitatem et ad bellicas actiones maxime proficuum propter
quod apud multos barbarorum est consuetudo hiis quidem in flumine
frigidum abluere natos. hiis autem involutum parvum circumponere
i. fasciolis
puta Celtis. Omnia enim quecumque possibile assuescere. mox in-
choantibus melius quidem assuescere. Gradatim autem assuescere. Bene
apta autem puerorum habitudo propter caliditatem ad frigorum exercitium. Circa primas
quidem igitur expedit facere curam talem et hanc consimilem. Habitam
autem huic etati usque ad v annos in qua nondum neque ad eruditionem
aliquam bonum habet adducere neque ad coactivos labores. ut non impediant incre-
mentum. oportet tanto fieri motum. ut diffugiant inertiam corporum
que oportet instituere et per alias actiones et per ludum. Oportet autem et lu-
dos esse neque illiberales neque laboriosos neque remissos. et de sermonibus
autem et fabulis quales quosdam audire oportet tantillos. cura sit princi-
pibus quos vocant pedonomos. Omnia enim talia oportet premia
facere ad posteriores conversationes. propter quod ludos plures oportet esse imi-
tationes posterius studendorum. Cohibitiones autem puerorum et plorati-
bus non recte detestantur qui prohibent in legibus. Conferunt enim
ad incrementum. fit enim quodammodo exercitatio corporibus. Detento
enim spiritu facit robur laborantibus quod accidit et pueris qui cohibentur.
Considerandum autem pedonomis horum deductionem et aliam. Et quod quam
minime cum servis erunt. Hanc enim etatem et usque ad septem an-
nos necessarium domi alimentum habere. Rationabile igitur abscindere illiba-
litatem ab auditibus et visibus et tantillos existentes. Totaliter quidem igitur

turpiloquium ex civitate sicut aliud aliquid oportet legislatorem exterminare
Ex dicere enim de facili quecumque turpium fit et ipsum facere propinque maxime
quidem igitur ex iuvenibus quatinus neque dicant neque audiant nichil tale. Si
quis autem apparuerit aliquid dicens aut agens vetitum liberum quidem
nondum autem dignificatum decumbitione in conviviis dehonestationibus pu-
nire et verberibus. Seniorem autem etate hac inhonorationibus illiberalibus
illiberalitatis gratia. Quoniam autem nichil dicere aliquid talium exterminamus: manifestum
quia et videre aut picturas aut sermones inhonestos. Cura quidem igitur
est principibus. nichil neque sculpturam neque picturam esse talium actio-
num imitationem. nisi apud aliquos deos tales. quibus et lasciviam
attribuit lex. Adhuc autem dimittit lex eos qui sunt etate amplius pro-
vectam et pro se ipsis et pueris cultu honorare deos. Iuniores autem neque
iamborum neque comedie spectatores ponendum. antequam accipiant etatem
in qua existet convivale iam decumbitione et ebrietate. et ab eo quod fit
a talibus nocumento: omnes impassibiles faciet disciplina. Nunc
quidem igitur in transcursu hos fecimus sermones. Posterius autem insistentes
oportet determinare magis. sive non oportet primo sive oportet. dubitantes
et qualiter oportet. Secundum presens autem tempus meminimus tamquam necessario
forte autem non male dicebat quod tale Theodorus tragedie ypocrita
Nulli enim unquam permisit ante se inducere neque vilium ypocritarum tamquam assue-
factis theatris primis auditibus. Accidit autem idem hoc et ad hominum collocu-
tiones et ad eas que rerum. Omnia enim amamus prima magis. Propter quod
oportet iuvenibus omnia facere extranea que prava. maxime autem que
turpitudinem ipsorum habent infectionem aut inhesionem. Transactis autem quinque
annis duobus usque ad septem: oportet speculatores fieri disciplinarum
quas oportet addiscere ipsos. Due autem sunt etates. ad quas necessarium dividi
disciplinam. post eam que a septem annis usque ad pubescentiam

z itm post eam que a pubescentia: usq ad annos xx^ti z unu. Q2 aut enim septenis dividut etates. ut admultu dicut no bene oportet a divisione nature consequi. Omis em ars et disciplina qd deficit nature vult suple. Primo quid g considerandu si est faciendum ordinem aliqm circa pueros. deinde utru expedit co-munit facere curam ipoz. vl scdm pprium modum. quod fit z nunc i plurimis civitatu. Tercio aut qualem quidam oportet esse hac

Incipit liber octavus politicorum z Aristotilis etc

[Q]vod quid g legislatori maxime negociandum circa iuvenum disciplinam nullus utiq dubitabit. Et em in civitatibus no factum hoc. ledit policias. oportz aut ad unaquamq politizare. Mos em policie cuiuslibet qui convenienter et conservare consuevit policia et instituit a principio. puta qui quidem democraticus democratiam: & aut oligarchicus: oligarchiam. Semp a optimus mos melioris ca policie. Adhuc a ad omnis potencias et artes sunt que oportz prius erudiri et pcons(uesc)ere ad singulaz opacones. Qr palam qz z actiones virtutis. Qm aut unus finis civitati omni. manifestu qz z disciplinam unam z eandem: necessariam esse omni. z hui9 curam esse comunem. z no seorsu. quo unusquisq nunc curat de suis pueris seorsu qz z disciplina ppria quamcumq videbitur docens. Oportet aut comunium. que facere et studiu. Simul a neq oportet putare civium ipoz aliqm sibi esse. sz omnes civitatis. Cura aut unius cuiusq partis nata est respicere ad eam que totius curam. laudabit aut utiq aliqs z in h lacedemonios. Et em plurimu faciunt studiu: circa pueros et hoc comunit. Q2 quid g leges ferendu de disciplina. et hanc qualit

faciendi: manifestum. Que autem sit disciplina et qualiter oportet
erudiri: oportet non latere. Nunc enim dubitatur propter opera. Non enim
eadem omnes existimant oportere addiscere iuvenes neque ad vir-
tutem neque ad vitam optimam. neque manifestum utrum ad intellectum
oportet magis aut ad anime morem. Et ex ea que ad activam
vitam disciplina turbatione plena consideracio. Et nulli palam
utrum studere oportet utilia ad vitam. vel que tendentia ad
virtutem vel que superflua. omnia enim hec acceperunt iudices quedam
et de hiis que ad virtutem nichil est confessatum. Et enim virtutem non
eandem mox omnes honorant. Quare racionabiliter dissenciunt
et ad studium ipsius. Quod quidem igitur necessaria utilium doceri: non manifestum
Quod autem non omnia divisis liberalibus operibus et illiberalibus: manifestum
quod talibus oportet participare quecumque utilium facient participantem
non banausum. Banausum enim opus oportet putare esse hoc et
artem hanc et doctrinam. que cumque ad usus et actiones virtutis efficiunt
inutile liberorum corpus aut animam aut intellectum. propter quod tales artes que-
cumque faciunt corpus deterius dispositum: banausas vocamus. et mercen-
narias operationes. Non vacantem enim faciunt mentem et depressam.
est autem et liberalibus scientiis aliquibus usque ad aliquid participare
non illiberale. assiduare valde aut ad perfectionem: obnoxium dictis nocu-
mentis. Habet autem multam differentiam et quod cuius gratia agit quis aut addis-
cit. Ipsius quidem enim gratia aut amicorum aut propter virtutem non illiberale
Qui autem idem ipsum agit sepe propter alios: mercennarium et servile utique vi-
debitur agere. Commixte quidem igitur nunc eruditiones sicut dictum est
prius. ad utrumque se habent. Sunt autem quatuor fere que addiscere
consueverunt literas et luctativam et musicam. et quartum quidem
pictivam tamquam utiles ad vitam existentes et valde bonas: luctati-

nam aut. taqm ɔferentem ad fortitudine. Dementia aut dubi
tabit utiqz qs. Nunc quidem enim ut delectationis gra plurimi parti
cipant ipa. Alii a a principio instituerunt in disciplina ppt naturam ipaz
querere quod quidem sepe dcm est. non solum no natare recte sz
et natare posse bn. hoc enim principium om. ut et itm dicamus
de ipa. Si enim ambo quidem oportet magis aut eligibile na
tare qm non natatio. Et finaliter querendu quid facientes optet
natare. no itaqz ludentes. ffinem enim ncm esse vite nobis
ludu. Si aute hoc impossibile et magis in natationibus utedu
ludis. laborans enim indiget requie. ludus aut gra requiei
est. Non natare aut accit cum labore et fatigatione. ppt hoc optz
ludos inducere observantem tempus ad usum. taqm adducente
farmacie gra. Remissio enim talis motus anime et ppt delectacoz
requies. Natare aut ipm habere delectacom et felicitatem. et
vivere beate. hoc aut non existit non natantibus. sz natantibz.
Non natans quidem enim non natat gracia alicuius finis. taqm
non existentis. felicitas aut finis est. qm non cum tristicia sed
cum delectatione putant ee omnes. hanc ut delectationem non
adhoc eandem ponunt. sz sz se ipos unusqsqz. et sedm habitum suu
Optimus aut sedm optimu. et eam que ab optimis. quare
manifestum quod oportet et eam que in deductione natationez
addiscere queda et erudiri. et has eruditiones et disciplinas
has esse sui ipsoz gra. eas aut que ad no natationem ut ne
cessarias et aliorum gracia. Propter qd et musicam priores
in eruditionem ordinaverunt non ut ncm. Nichil enim habet tale
neqz ut utile sicut litte ad pecuniationem et yconomiam et
ad doctrina et ad multas actiones politicas. Videtur et scriptura util

esse adiudicandum artificum opa melius uz rursum sicut luc
tatiua ad sanitatem et robur. Neutr enim horu uidemus
fi ex musica relinquitur g ad deductionem que in uacatione
ad quod quidem et uident producentes ipam. Cum enim putant
deductionem esse liberorum in hac ordinant propter quod quidem home
rus ita poetizauit. Sed est quidem velud ad epulas uocari congaudere
et ita dicens alios quosdam qui uocant tantariam nam taqm
delectatem omnes. Et in aliis autem ait ulixes hanc optimam esse
deductionem cum gaudentibus hominibus conuiuati presenta audiunt phi
lomenam sedentes deinceps. Quod quidem igitur est disciplina quedam
quam nos sicut utilem erudiendum filios. Neque ut necessariam sed ut libe
ralem et honestam: manifestum est. Utrum autem unam numero
uel plures et que hee et qualiter: posterius dicendum de ipsis. Nunc
autem tantum nobis esse preuium factum est quod ab antiquis habemus quoddam
testimonium ex positis erudimentis. Musica enim hoc facit eui
dens. Adhuc autem et quod oportet utilium quedam erudiri pueros non
solum propter id quod utile puta litterarum eruditionem: sed et propter ea quod per
ipas contingit fieri multas eruditiones alias. Similiter autem et picturam
non ut in propriis uenalibus peccent: sed sint insreductibiles ad ea
que uasorum emptionem et uenditionem. Aut magis quia facit spe
culatiuum eius que circa corpora pulchritudinis. Querere autem ubique quod
utile: minime congruit magnanimis et liberis. Cum autem mani
festum utrum consuetudinibus erudiendis uel ratione et circa corpus
prius aut circa intellectum. Palam ex hiis quod tradendum pueros luc
tatiue et pedotribice. Harum enim hec quidem qualem quendam fa
bitum corporis hec autem opa. Nunc quidem igitur que maxime ui
dentur ciuitatum curare de pueris. Hee quidem athleticum habitum imp

nunt tollentes et spem et incrementum corporum lacedemonii
autem hoc quidem non peccaverunt. ferales autem efficiunt laboribus
tamquam hoc ad fortitudinem maxime sit conferens. Quamvis sicut
dictum est sepe. neque ad unam neque ad hanc maxime respicien-
tem faciendum curam si quoque ad hanc. neque hoc adinveniunt. neque
enim in aliis animalibus neque in gentibus videmus fortitudinem
assequentem ferocissimis. Sed magis mitioribus et leoninis
moribus. Multe autem sunt gentium que ad interficiendum et
ad comedendum homines prompte se habent. Sicut circa pon-
tum achei et enochi et alie non marinarum. hee quidem similiter
hiis. hee autem magis. que latrocinative quidem sunt. fortitudine autem
non participant. Adhuc ipsos lacedemonios scimus. quamdiu quidem
ipsi assiduabant labores. prevalentes aliis. Nunc autem et luctativis
agonibus et bellicis deficientes ab aliis. Non enim eo quod iuve-
nes exercitabant isto modo differebant. Sed eo solum quod ad eos
qui non studuerant certabantur. Quare quod bonum. sed non quod
ferale: oportet protagonizare. Neque enim lupus. neque aliarum ferarum
aliqua agonizaret utique aliquod bonum periculum. sed magis vir bo-
nus. Qui autem valde ad hec remittunt pueros. et qui sine pedagogo
necessariorum faciunt banausos efficiunt. secundum veritatem ad unum solum
opus utiles politice facientes. et ad hoc deterius aliis ut ait sermo
Oportet autem non ex prioribus operibus iudicare sed ex hiis que nunc
Contra agonizantes enim discipline nunc habent. prius autem non habe-
bant. Quod quidem igitur utendum luctativa. et qualiter utendum
confessum est. usque ad pubescentiam enim leviora exercicia afferen-
dum, inolutum alimentum, et eos qui ad necessitatem labores
reicientes ut nullum impedimentum sit ad incrementum. Signum

enim non pauci qui possunt hoc instituere. In olympionitis enim quidam utique duos vel tres inveniat eosdem vicisse viros et pueros propter iuvenes involuntarios auferre potenciam a necessariis exerciciis. Quando autem a pubescentia annis tribus ad alias eruditiones fuerint tunc congruit et laboribus et necessariis alimentis submittere sequentem etatem. Simul enim intellectui et corpori laborare non oportet. Contrarium enim efficere natus est utique laborum impediens qui quidem corporis labor intellectum. De autem huiusmodi corpus de musica autem quedam quidem dubitavimus ratione et prius bene autem habet et nunc resumentes ipsa producere ut sicut aditus fiat rationibus quas utique aliquis dicet enunciationibus de ipsa. Neque enim quam potentiam habet facile de ipsa distinguere. neque cuius gratia oportet participare ipsa. utrum ludi gratia et requiei sicut sompno et ebrietate. hec enim secundum se quidem: neque studiosorum sunt. sed delectabilia. simulque solliciudinem cessare faciunt ut ait euripedes. propter quod et ordinant ipsam et utuntur hiis omnibus. Similiter vino ebrietate et musica. ponunt autem et saltacionem in hiis aut magis aliquid tendere secundum aliquid estimandum musica. tanquam potente sicut exercitativa. quale aliquid corpus efficere et musicam morem qualem quidam facere assuescente gaudere recte. Ad deductionem aliquid et confert. et ad prudentiam. et enim hoc tercium ponendum dictorum. Sed quidem quod oportet iuvenes non ludi gratia erudire. non manifestum. Non enim ludunt addiscentes. cum tristicia enim addiscere. At vero neque deductionem pueris. Et talibus etatibus congruit attribuere. Neque imperfecto convenit finis. sed forte utique videbitur puerorum studium. ludi gratia esse factis et perfectis. Sed si hoc est tale: cuius utique gratia oportet addiscere ipsos. Sed non sicut reges persarum et medorum alios facientes ipsum tris-

simuere delectatione et erudicionem. Et enim non melius
efficere opus eos qui hoc ipsum fecerunt et artem. hiis qui tanto
tempore curaverunt circa id addiscere solum. Si autem talia oportet
elaborare ipsos. Et circa neque plimentorum ipsos oportebit p-
parare. Sed in docendo. Eandem autem dubitationem habet et si
potest mores meliores facere. hec enim quid oportet addiscere ipsos
sed non alios audientes recte et gaudere et posse iudicare. sicut
lacedemonij. Illi enim non addiscentes. tamen possunt iudicare
recte ut aiunt. bonas et non bonas melodiarum. Eadem autem ratio
utique et si ad bonam dispositionem et deductionem liberalem uten-
dum ipsa. quid oportet addiscere ipsos. sed non aliis utentibus frui
Considerare autem licet estimationem quam habemus de diis. Non enim
Iupiter ipse cantat et cytharizat poetis. Sed et banausos vocamus
tales. et agere non viri non inebriati aut ludentis. Sed forte de hiis
quid posterius considerandum. Prima autem questio est. Utrum non
ponendum in disciplinam musicam: aut ponendum et quid potest
dubitatorum trium. Utrum disciplinam aut ludum. aut deducti-
onem. Rationabiliter autem in omnia ordinatur et videtur participare lu-
dus enim gratia requiei est. Requiem autem necessarium delectabilem esse.
Eius enim que per labores tristitie: medicina quedam est. Et de-
ductionem confesse oportet non solum habere quod bonum: sed et
delectationem. felicitari enim ex ambobus hiis est. Musicam autem
omnes esse dicimus delectabilissimorum. et nudam existentem. et
cum melodia. dicit enim et Musaeus esse hominibus delectabilissimum
cantare. propter quod in conventus. et deductiones assumunt ipsam tamquam
potentem letificare. Quare et hinc estimabit utique aliquis oportere
ipsam erudiri iuniores. Quecumque enim innocua delectabilium

non solum congruit secundum ad finem: sed ad requiem. Quoniam autem in
fine quidem accidit hominibus raro fieri. Sepe autem requiescunt et utun-
tur ludis. non quantum ad plus sed et propter delectationem. utile utique
erit requiescere in delectationibus que ab ipsa. Accidit autem hominibus
facere ludos finem. habet enim forte delectationem quandam et finis.
Sed non quamcumque querentes: hanc accipiunt ut hanc: illam propterea
quod fini actionum habet similitudinem quandam. Et finis enim nullius
gratia futurorum est eligibilis. et tales delectationes nullius
gratia futurorum sunt. sed factorum puta laborum et tristitie. propter quam quidem igitur causam
querunt felicitatem fieri per has delectationes hanc utique quis
existimabit causam. De eo autem quod est communicare musica non
propter hanc solam. sed propter ea quod utilis est ad requies ut videtur. non solum
sed querendum ne forte hoc quidem accidat. honorabilior autem est natura
ipsius quam secundum dictam opportunitatem. et oportet non solum communem delectationem
participare ab ipsa cuius habent sensum omnes. habet enim musica
delectationem naturalem propter quod omnibus etatibus et omnibus moribus
usus ipsius est amicus. Sed videre si qua ad mores confert et ad animam.
hoc autem utique erit palam. si quales quidem moribus fimus per ipsam.
At vero quod efficiamur quales quidam: manifestum per multa quidem et alia.
Non minime autem et per melodias olimpi. hee enim confesse faciunt
animas raptas. Raptus autem eius qui circa animam moris: passio
est. Adhuc autem imitationum fiunt omnes compatientes et sine
rithmis et melodiis ipsis. Quoniam autem accidit musicam esse delecta-
bilium: virtutem autem circa gaudere recte. et amare et odire palam

q oportet addiscere et assuefi. nich ita ut iudicare recte et gau
dere. Epieikeis moribus et bonis actionibus. Sunt autem similitudines
maxime penes veras naturas in rithmis et melodiis: ire et ma
suetudinis. adhuc autem fortitudinis et temperantie et omnium contrariorum
hiis et aliorum moralium. Palam autem ex operibus. Transmutantur
enim secundum animam: audientes talia: assuetudo autem in similibus
q est tristari et gaudere prope est eo q ad veritatem eodem habet modo
puta si quis gaudet ymaginem alicuius videns. non propter
aliam causam sed propter formam ipsam: necessarium huic illam visionem: cuius
videt ymaginem. sic esse delectabile. Accidit autem sensibilium
in aliis quidem nullam existere similitudinem ad mores. puta
in tangibilibus et gustabilibus. sed in visibilibus debiliter. Figure
enim sunt tales. sed ad modicum. et omnes tali sensu communicant. Adhuc autem
non sunt hee similitudines morum. sed signa magis sunt figure. et co-
lores morum. et hoc est a corpore. in passionibus. non solum. sed quantum
differt et circa horum speculationem. oportet non que pau-
sonis contemplari iuvenes. sed que polygnoti. Et si quis alius
pictorum aut sculptorum est moralis. In melodiis ipsis sunt imita
tiones morum. et hoc est manifestum. mox enim armoniarum distat natura
ut audientes aliter disponantur. et non eodem modo se habeant: ad unam
quamque ipsarum. sed ad quasdam quidem. planctive et constrictive magis
velud ad eam que vocatur mixolydisti. ad has autem mollius mente
puta ad remissas. medio autem modo et constanter maxime ad aliam quandam quale
videtur facere que dorisce sola armoniarum. Raptos autem que frygisti
hec enim bene dicunt qui circa ludum hunc philosophati sunt. accipiunt

enim testimonia romi: corporis opibus. Eodem autem modo et
et que circa rithmos. hii quidem enim habent morem stabiliorem. hii
autem motivum. et horum hii quidem honorosiores habent motus. hii
autem liberiores. Ex hiis quidem igitur manifestum quod potest morem anime
qualem quendam musica facere. Si autem hoc potest facere: palam quod
adducendum et erudiendum in ipsa iuvenes. Est autem congrua ad
naturam tantillam doctrina musice. Iuvenes quidem enim propter eta
tem: indelectabile nichil sufferunt volentes. Musica autem natura
delectabilium est. et quedam videtur cognatio armoniis et rithmis
esse. propter quod multi aiunt sapientum hii quidem armoniam esse animam
hii autem habere armoniam.

Utrum autem oportet addiscere eosdem cantantes et manu
operantes aut non sicut dubitatum est prius nunc dicendum.

Non immanifestum autem quod multam habet differentiam ad fieri quales quosdam si quis
ipse communicet operibus. Unum enim aliquid impossibilium aut difficilium
est eos qui non communicaverunt operibus. iudices fieri studiosos. Similiter
autem et oportet pueros habere quandam occupationem. et archite platagem puta
re fieri quam dant pueris. quibus utentes hac: nichil destruant eorum
que in domo. Non enim potest quod iuvene quiescere. hec quidem igitur est
congruens pueris ludorum. disciplina autem platage maioribus iuvenum.
Quod quidem igitur erudiendum musicam ita ut communicent operibus mani
festum ex talibus. Decens autem et non decens etates. non difficile deter
minare et solvere. adducentes banausam esse quam dicunt. Primo quidem enim
quoniam gratia iudicandi oportet participare operibus. propter hoc oportet iuvenes quidem
existentes uti operibus. Seniores autem factos opera quidem dimittere. posse
autem bona iudicare et gaudere recte: propter eruditionem factam in iuven
tute. De increpatione autem qua quidam increpant tamquam faciente musica

banausos: non difficile solvere considerantes usque ad quantum operibus communican-
dum hiis qui politizant ad virtutem politicam. et qualibus melodiis et
qualibus rithmis communicandum. adhuc autem in qualibus organis erudiciones
faciendum. Etenim verisimile hoc differre. In hiis enim solutio est increpacio-
nis. Nichil enim prohibet modos quosdam musice operari quod dictum est.
Manifestum igitur quod oportet erudiciones ipsius neque impedire ad posteriores
acciones. neque corpus facere banausum. et inutile ad bellica et poli-
tica exercicia. ad usus quidem iam. ad erudiciones autem posterius. Accidit
autem utique circa erudicionem. si neque qui tendunt ad agones technicos
elaborarent. neque que mirabilia et superflua operum que nunc venerunt
ad agones. ex agonibus autem ad erudicionem. Sed talia quousque utique pos-
sint gaudere bonis melodiis et rithmis. et non solum eo quod communi
musice. sicut et aliorum quedam animalium. Adhuc autem et multitudo
Alam autem ex hiis et qualibus or- // servorum et puerorum
ganis utendum. Neque enim fistulas ad disciplinam ad-
ducendum. neque aliud aliquod technicum organum puta cytharam
et si quid tale alterum est. Sed quecumque facient ipsorum auditores
bonos aut musice aut alterius. Adhuc autem non est fistula
morale. sed magis ire excitativum. Quare ad talia tempora ipsa utendum
in quibus speculacio potest purificacionem magis quam erudicionem. Apponamus
autem quod accidit ipsi contrarium ad disciplinam. et prohibere uti racione
fistulacione. Propter quod bene reprobaverunt priores ipsius usum a iuvenibus
et liberis: quamvis prius usi fuissent ipsa. Vacantes enim facti
propter habundancias et magnanimiores ad virtutem. Adhuc et prius et post
medica sapientes facti ex operibus: omnem sequebantur erudicionem
nichil discernentes. sed super inquirentes. Propter quod et fistulativam adduxe-
runt ad erudiciones. Etenim in Lacedemonia quidam chori ductor

fistulauit choro. Et circa athenas ita deuenit. quod fere plurimi liberorum
participabat ipsa. palam autem ex titulo quem statuit thrasippus ecfantide
tum choro duxisset. posterius autem reprobata est per experientiam ipsam
melius potentibus iudicare quod ad uirtutem et quod non ad uirtutem
tendit. Similiter autem et multa organorum antiquorum. puta pectides
et barbiti et que ad delectationem faciunt audientibus utentium
Septigona et trigona et iambi. et omnia que indigent manuali
scientia. Rationabiliter autem habet et quod de aliis ab antiquis in fabulis
dictum est. Aiunt enim palladem cum inuenisset fistulas abiecisse. Non
male enim habet dicere et propter inhonestatem faciei hoc fecisse contris-
tante deam. non solum sed magis verisimile quod ad intellectum nichil est
erudicio fistulacionis. palladi autem scientiam attribuimus et artem. Quoniam
autem organorum et operationes reprobamus technicum ludum. Technicum
autem dicimus eum qui ad agones. In hoc enim agens non gratia uirtutis sumet
operationem. sed gratia delectationis audientium. et hanc honorose. propter quod non liberorum
iudicamus esse operationem sed famulosiorem. et banausos utique accidit fieri
mala enim intentio ad quam faciunt finem. Speculator enim honerosus ex-
istens transmutare consueuit musicam. Quare et artifices qui ad ipsum co-
gitant. facit ipsos quales quosdam. et corpora propter motus.

Considerandum autem adhuc circa armonias et rithmos et
ad erudicionem. utrum armoniis omnibus utendum et
omnibus rithmis. aut diuidendum. deinde hiis qui ad erudicionem
laborant. utrum eandem determinationem ponemus. aut oportet tertiam
aliquam aliam. Quoniam musicam quidem uidemus per melodiarum factionem et
rithmos existentes. horum autem utrumque non oportet latere quam
potentiam habeat ad disciplinam. et utrum eligendum magis bene melodi-
zatam musicam aut bene rithmizatam. Putantes igitur multa

bene dicere de hijs quosdam modernorum musicorum et eorum qui ex philosophia qui-
cumque existunt experte se habentes in disciplina que circa musicam. Et de
quibus que per singula disquisitionem committimusque querere volentibus ab
illis. Nunc autem legaliter dividimus modos solum dicentes de ipsis.
Quoniam autem divisionem acceptamus melodiarum ut dividunt quidam eorum qui
in philosophia. has quidem morales. has autem practicas. has autem raptus
formas ponentes et armoniarum naturam. ad singula horum congruentem
aliam et aliam partem ponunt. Dicimus autem non unius utilitatis gratia
oportere uti musica: sed plurium gratia. Etenim ludi gratia et purificationis.
Quid autem dicimus purificationem. nunc quidem simpliciter. iterum autem in hijs
que de poetica dicemus manifestius. Et quod autem ad deductionem et remis-
sionemque et ad distensionis requiem manifestum quod utendum quidem
omnibus armoniis. Sed ad disciplinam quidem maxime moralibus.
ad auditum autem aliorum: manu laborantium. et practicis. et raptivis. Que
enim circa quasdam animas accidit passio fortiter. hec enim in om-
nibus existit. differt autem in eo quod minus et magis velud
misericordia et timor adhuc autem raptus. Etenim ab hoc motu detenti
quidam sunt. Ex sacris autem melodijs videmus hos qui usi fuerint melo-
dijs de irascentibus animam. restitutas sic medicina sortitas et puri-
ficatione. Idem autem hoc necessarium pati: et misericordes et timidos. et totaliter
passivos. Alios autem quantum talium accidit unicuique et omnibus
fieri: quandam purificationem et alleviari cum delectatione. Similiter
autem et melodie purificative: exhibent innocuam regionem ho-
minibus. Propter quod talibus quidem armoniis et talibus melodijs po-
nendum musicam tractantes agonizatores. Quoniam autem spectator
duplex. hic quidem liber et eruditus. hic autem honorosus ex banausis: et
mercenarijs. et alijs talibus compositus: assignandum agones et specta-

lationes et talibus adequare. Sunt autem sicut ipsorum anime distorte
ab eo qui secundum naturam habitu: sic et armoniarum transgressiones sunt
et melodiarum rigide et discerpte. facit autem delectationem singulis
quod conveniens secundum naturam. propter quod dandum potestatem ago
nizantibus ad spectatorem talem: tali aliquo genere musice uti
. Ad ludum autem sicut dictum est moralibus melodiarum utendum.
utendum et armoniis talibus. Talis autem que doristi sicut diximus
prius. Suscipere autem oportet et si quam aliam nobis approbaverint
communicantes eo quod in philosophia exercicio et disciplina que circa musi
cam. In policia autem Socrates non bene frigistem solam admittit cum
ea que doristi. et hec reprobans organorum fistulam. Habet enim
eandem potentiam frigista armoniarum quam quidem fistula
inter organa. ambo enim orgiastica et passionis illativa.
Manifestat autem poesis. Omnis enim bacchantia et omnis ta
lis motus maxime autem organorum: est in fistulis. Armoniarum
autem: in melodiis frigisti accipiunt quod hoc quod decens. puta
dithyrambus confesse videtur esse frigius. Et huius exempla mul
ta dicunt qui circa sensum hunc. Alia quoque et quia Philoxenus conatus
in dorista facere dithyrambum fabulas non fuit potens. sed ab ipsa
natura decidit in frigistam: conveniente armonia iterum. De
dorista autem omnes confitentur tamquam stabilissima existente: et maxime
fortem morem habente. Adhuc autem quia medium quidem superexcellentiarum
laudamus. et dicimus prosequi oportere. dorista autem hanc habet naturam
ad alias armonias: manifestum quod dorias melodias oportet eru
diri. magis iuniores. Sunt autem due considerationes. quod possibile et quod
decens. Etenim que possibilia: oportet tractare magis. et que decent singulos.
Sunt autem et hec determinata etatibus velud abdicatis propter tempus: non

facile cantare rigidas armonia. sed remissas natura immittit talibus
propter quod bene increpant et hoc adversus Socratem quidam eorum qui circa mu-
sicam quoniam remissas armonias reprobavit ad disciplinam tamquam inebri-
ativas accipiens ipsas. non secundum potentiam ebriatis. petulantia
impetuosum enim ebrietas facit magis. Sed abdicatas. Quare
ad futuram etatem seniorum: oportet tales armonias tangere
et melodias tales. Adhuc autem si qua est talis armoniarum aut
decet puerorum etatem. propterea quod potest ornatu lyre simul et intel-
lectu. que lydista videtur pati maxime armoniarum. palam
quoniam tres has faciendum ad disciplinam. quod medium et quod possi-
bile et quod decens. Reliqua huius operis magistro non dum in-
veni Deo gratias

Explicit liber politicorum Aristotilis finitus anno domini
millesimo quadringentesimo decimo. sexta feria ante festum
Laurentii proxima. Pro cuius completione redditur gratiarum
actio altissimo deo qui est benedictus in seculorum secula amen

[illegible]

ex plicunt q[illegible] librorum ethicorum

Salutey

[illegible]

I